REGULÆ
CONFESSARIIS

Omnibus, præcipuè Monialium, & Fæminarum in Monasteriis degentium necessariæ; necnon Pænitentibus, Episcopis, Concionatoribus, Testimoniis, Advocatis, & Judicibus perutiles.

QUAS
EMINENTISS., ET REVERENDISS.
DOMINO

D. FRANCISCO
ARCHIEPISCOPO NEAPOLITANO,

Et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Decano, ac Episcopo Portuensi
PIGNATELLI

FRATER JOANNES PRETI
A' COSENTIA
Strictionis Observantiæ Seraphici Sancti Patris Francisci Provicia Calabriæ,

D. D. D.

Pertinet ad Conventum S. Mariæ Carmeli Terræ S. Anthimi

Neapoli, Apud Nicolaum Migliaccio 1729.
Superiorum Permissu.



EMINENTISSIME,
ET
REVERENDISSIME

PRINCEPS.



USPICIA præcantur abs TE, EMINENTISSIME, ET REVERENDISSIME, PRINCEPS, Regulæ meæ, quas diuturna exercitatione in Confessionibus Sanctimonialium audiendis, conceptas, publicæ luci parere coactus sum Piorum Hominum consilio, Amicorum viribus, & Monasteriorum copia in hac Urbe celeberrima; & si lateat minimè Ecclesiasticos omnes, Seculares, àc

Regulares, Sanctimoniales etiàm, & Fæminas omnes Regularibus septis conclusas, omnium Virtutum genere, præcipuè Charitatis, Sine qua (*teste Isidoro*) omnis Virtus nihil est, *emivere*.

Observantiam interìm meam tibi itero, confirmoque, quam in Territorio Leucupetræ, Cardinali Acquaviva Melitensis Inquisitoris munus jamjàm suscipiente; Sic etiàm, & in Scaleæ *Oppido, tùm in Urbe Sancti Marci, Bononiæ, istiusque sæpissimè* Neapolis, *ante, & post, à Te Archiepiscopatus hujus acceptata dignitate, ipsimet* Sacravi.

Nequè tamèn innumeros conabor enumerare Majores tuos, qui Sanguinis claritate, rebusque præclarè gestis, clarioribus hujus Regni,

Regni, non modò, verùm etiàm Hispaniæ, Germaniæque, ac universæ penè Europæ Familiis splendorem adauxère, nè temerè, Terentio adversans, Scriptores meliores æmulari videar, qui Generis, & nominis Tui gloriam complecti non valuerunt, quàmvìs renitentes Ecclesiasticis dignitatibus, & in Urbe dynastas, & in Bello supremos, fortissimosque Duces; Proreges quoquè, & Hispaniarum Magnatos Primi Ordinis, ipsum deniquè Fel. Rec. Innocentium XII. longo catalogo recensere conati sint: Atquè ut Hæbreorum, Sacræque Scripturæ morem, scribendo, servem, Hæroinas omnes elapsas, futurasque uno silentio præteribo, id tantùm de genere tuo effari ausus,

Tot ſcilicèt Hæroes eſſe, quot viventes enumeraſſe.

His omnibus Generis tui ornamentis plurimùm ſanè incrementi confers vitæ probitate, quà ab incunabulis, tanquàm magnæ diei Aurora emicuiſti, nuncque diceris Sacræ Purpuræ Honor, Patriæ decus, Origo Pietatis, Prudentiæ Idæa, Pauperum Parens, Omniumque Virtutum Epilogus, ut ſine aſſentationis timore liberè audeam dicere. Tanta eſt tua Pietas, Clementia, àc Animarum zelus, ut diſputabile ſit, an Tu à ſplendoribus Purpuræ Cardinalitiæ illuſtreris, aùt à tuis hæroicis virtutibus, eadem Purpura viridiores radios recipiat?

Verùm quod de ipſa prudentia tua,

tua , & dexteritate summarum rerum agendarum , tùm apud Poloniæ Regem Legationem fungendo , tùm in negotiis aliis difficilimmis tuæ curæ commissis , dicam, penitùs ignoro ? Equidèm Fabritium , Popilium , cæterosque omnes superasti , excellens genere præstans intellectu , prudentia pollens, atquè in ore omnium maximus , ideò , Numquàm Materia deficit laudis , quià numquàm sufficit copia laudatoris.

Quarè , ne indigneris , rogo EMINENTISSIME, ET REVERENDIME PRINCEPS , sèd potiùs qua me ipsum sempèr fovisti , leve hoc observantiæ meæ Monimentum , benignitate excipias: Etenìm cum illo vitam meam, quoniàm vita hominis in operatione

 tione

tione mentis sita est, tibi humeliter voveo; neque magnitudo meritorum tuorum muneris imparitatem repellet, si animum potius meum, quam munus ipsum intuebitur; Excelsi quippe viri est, ipsorumque Numinum, vota cordis magis, quam victimarum adipem contemplari. Pupuræ oram deosculor, & Tibi EMINENTISSIME, ET REVERENDISSIME PRINCEPS *perpetuam felicitatem auspicor.*

Ex Regali Conventu S. *Crucis Palatii die* XIII. *Mensis Martii* 1729.

Em. Vest.

Humilimus, & Addictissimus Servus
Fr. Joannes Preti a Cosentia.

LECTORI BENEMERITO.



Egulas haſce (Amice Lector) uſque ab anno 1725. conceperam, cum Theologi , & Ordinarii Confeſſarii felic. mem. Cardinalis Piazza , totiuſque Cleri Civitatis, ac Diœceſis Faventiæ Examinatoris , àc Sancti Officii Conſultoris Theologi munia exercebam ; Etenim dùm ſupradictus Eminentiſſimus

mus

mus Purpuratus Legatione Apostolica à Latere fungebatur in Civitate, & Ducatu Ferrariensi, usque ab anno 1714. & supradicta duo munia me exercentem fel. record. Cardinalis del Verme, & successivè Eminentissimus Cardinalis Ruffo viderent, munere Confessarii extraordinarii in celebrioribus illius Civitatis Monasteriis condecorarunt. Terminata Apostolica Legatione, supradictus Dominus Cardinalis Piazza sæpiùs mihi idem munus Confessarii Monialium in suo Faventino Episcopatu demandavit, quamobrèm dicere possum: *Practica fit pluris, quàm non tota scientia juris*. Eo tempore plurimi contigerunt casus

in

in edicto emanato die xxi. Mensis Septembris 1672. quod est annexum in Bullario Romano inter Bullas Clementis Decimi, & Constitutiones Pii Quarti incipientis : *Cum sicut* 31. Tùm etiam Gregorii XV. incipientis : *Universi* 34. Supra ordinationem harum Bullarum te non pigeat consulere nostrum Felicem à Potestate adducentem declarationem factam ab Urbano VIII. die 17. Septembris 1624., Nicolium asserentem aliam determinationem ejusdem Summi Pontificis die 21. Februarii 1630., & P. Dominicum Viva in septima Propositione ab Alexandro VII. damnata sub numero primo, ubi asserit facultatem

cultatem

cultatem obtentam ab Innocentio XI. pro occasione recurrendi.

Diuturna igitur experientia extimulavit me ad educendas has Regulas è Memoria, ad has paginas, ad solam oblectationem meam, mensibus transactis, post reditum ab Aula Imperiali Viennensi, ad quam me contuleram post mortem ejusdem Purpurati; Illas quadam die mihi pervolventi ad fuerunt ex improviso quidam Amici mei, repleti zelo honoris Dei, non infecti prava natura Amicorum Job. Ii coegerunt me ut illas illis relegerem, inde compulerunt me, ut luci eas demandarem; ut ità per arduum munus Confessarii

fessarii Monialium absque errore, & scrupulis possit exerceri; certum me facientes de cura, & solicitudine plurium Prælatorum iis agnitorum in eligendis practicis, optimisque Confessariis suarum Monialium, efficacissimis illorum officiis obsistere non valvi, quantumvis me excusarem, ne illas in lucem proferrem, optimè noscens, me linguæ purgationis omni cognitione carere, nec ullam callere ex illis regulis, quas tradere solent Rhethoricæ Magistri, nèc unam elocutionis figuram, ne dicam cæteras necessarias ad ornatum discursum publicæ censuræ cujusvis generis hominum exponendum: Etenim, *Difficile est, iniquum*

iniquum non reperiri Judicem: Nedùm sapientibus ipsis, verùm etiàm mihi: qui verè fari possum: *Unum scio, quod nihil scio*. His non ostantibus dixerunt mihi: Grammatica, scientiarum facta, est famula (asserit de Luca) ad explicanda opportuna, non autem (juxta simplicium Grammaticorum prætentionem) Dominis rigorosè inservire debeant famulæ, ideoque ignorantèr scire non censetur ille, qui non servat Grammaticarum Regularum exactum rigorem; & quod non videtur in toto Mundo res attentè scripta, quæ non fuit censurata, & totum hoc experientia docet, ex eo quia: Socrates fuit censuratus à Platone, hic ab Aristotele,

&

& hic ab Averroe . Cæcilius, à Supplicio. Cælius, à Marco Varrone ; Marinus , à Ptolomeo . Enricus , ab Horatio . Seneca , ab Aulogelio. Heratus Stive à Strabone: Tessalus, à Galeno . Hermogorus , à Cicerone . Origènes , à Hieronymo ; Hic , à Ruffino ; Ruffinus , à Donato , &c. Et si isti fuerunt censurati , quid mirùm, amicus noster (dixerunt) si tu cænsuratus adveneris ? eò magis , quia faciliùs est inventis addere . Per hoc nil potuerim , ut eos à sententia dimoverem ; Unde ut illorum voluntati satisfacerem , qualiscunque sim , eas tibi offero coactus non simplicitèr , sèd secundum quid , ut distinctio-


diſtinctione illa utar , quam tradunt Theologi , conſiderantes proiicientem merces in mare metu naufragii , curavi ſtylo laconico illas exponere , ut ſine labore , & moleſtia , quiſque eas poſſit perlegere , juxta monitum dicti Cardinalis prohibentis ſuperfluitatem verborum , atquè inutilium auctoritatum congeriem. *Si* quid boni fortè reperies , Deum Auctorem commendabis: *Si* plurimum verò mali, aùt conſueta benignitate tua ignoſce , aùt ineptitudine meæ jàm tibi expreſſæ , agnitæque attribue : Et ſi non placet opus, non diſpliceat animus operantis .

Quod ſi , vel in prima , vel

vel in alia quavis Regula, me à particulari propositione ad universalem, idest, à Confessario Monialium, ad Confessarios in genere divertere deprehendas, incuriam quorumdam illorum considera in ministrando hoc Divinissimum Pœnitentiæ Sacramentum, & opiniones parum tutas, quas in materia tàm necessaria sequi non dubitant. Perpetuam tibi felicitatem auspicor: Præcare Divinam Majestatem, ut omnia opera mea in suo Divino Beneplacito dirigat. Vale

b ISTRUC-

ISTRUCTIO
SUPER SEQUENTES
REGULAS



Ateri neceſſe eſt, Miniſterium Confeſſarii Monialium inter cætera, difficile eſſe, eò quod & Sacerdotibus per arduum ſit, & Epiſcopis multum ingerat curæ, ad hujuſmodi Confeſſarios deligendos, qui, & qualitatibus, & ætate præditi ſint requiſitis à Concilio Generali Aquilejenſi tempore

Sancti

Sancti Damasi Papæ anno 381. §. de Monialibus ; *& quamvis Patres in Concilio Tridentino Congregati non necessarium adjudicarint, hoc novis* Sanctionibus *stabilire, nihilominùs efficacitèr hanc veritatem inculcavit Clemens XI. in sua Pastorali ad Episcopos Italiæ, Insularumque adjacentium, anno* 1703. *die* 16. *Martii, ut patet in* §. 7. *ejusdem, non obstante, quod Sacra Concilii Congregatio, sub die* 26. *Novembris* 1689. *declarasset, Confessarios, sivè ordinarios, sivè extraordinarios Monialium, ætatis quadraginta annorum esse oportere.*

Illis, qui sese hoc munere fungi student, aliorum operibus, & commendationibus, respondendum

esset illud : Nescitis quid petatis , *quod Christus Dominus uxori Zebedei respondit* : *Etenim considerent , rem esse cum Fæminis Claustralibus , conditione , & spiritu difformibus ad eundem perfectionis regularis terminum dirigendis , equidèm unicuique illarum accommoda est via, propterea maxima virtus exigitur , spiritualium Librorum exercitata lectio , lumen , & auxilium particulare Dei , sine quo omnis humana prudentia infirma est , non solùm in hoc tàm arduo negotio , verùm etiam in quovis minimo , cum de bono spirituali proximi agitur .*

Quicunque talibus prærogativis præditus est , hoc munus , maximè per vias indirectas non intendit,

intendit , ſed tantùm obedientia coactus ſuſcipit ; cùm optimè noſcit, talem dexteritatem non requiri ad vaſa vitrea fragiliſſima, qualis fragilem ſexum inter Religioſa mænia in Dei Spiritu dirigere procul dubio neceſsaria eſt, eò quod difficile adeò negotium ſit , ut pauci illud benè compleverint ; & plures è contra majorem ſui jacturam fecerint apud Deum, & Homines . Hæc fuit ratio , quare Amicorum meorum inſtantiis ceſserim, & decreverim, haregulas publicæ luci tradere ; ſperans , non inutiles eas, dei gratia, futuras eſſe cujusvis generis Confeſſariis , qui illas attentè perlegere , fidelitèrque exequi non indignentur .

COMMISSA
ORDINIS.

TEnore presentium, & cum Salutari obedientiæ merito committimus Reverendo Patri Thomæ de Neapoli nostræ Reformatæ Provinciæ Terrę Laboris ex Provinciali, Diffinitori actuali, itèm Reverendo Patri Custodi nostræ observantis Provinciæ Terræ Laboris, ut Librum, cujus titulus est: Regulæ Confessariis omnibus, & præcipuè Monialium, &c. à Reverendo Patre Fratre Joanne de Cosentia nostræ Reformatæ Provinciȩ Calabriæ Concionatori, & Lectori Theologo compositum, accuratè, & diligentèr videant,

&

& examinent , nobisq; cum vo-
to referant , quod in Domino
sentiendum de Doctrina in eo
contenta . Datum Romæ ex
Aracæli die 2. Mensis Martii
1729.

F. Mattheus à Pareta
Minister Generalis.

✱ Loco Sigilli.

APPROBATIONES
THEOLOGORUM
ORDINIS.

MAndatis tuis Reverendissime Pater obsequiosissime obtemperans, perlegi Librum, cujus titulus; Regulæ Confessariis omnibus, præcipuè Monialium, &c. à Reverendo Patre Joanne Preti à Cosentia Provinciæ Calabriæ Strictioris Observantiæ nostri Seraphici Patris S. Francisci elaboratum, In quo, tanquàm in arbore bono, utilitatis animarum fructus continentur, ideo typis mandari autumo, si sic Pater-

ternitati Suæ Reverendissimæ videtur, cui me humillimè submitto. Datum Neapoli in hoc Regali Conventu Sanctæ Crucis Palatii die 26. Aprilis 1729.

Fr. Thomas à Neapoli Lector Emeritus ex Provinciali, Diffinit. Actualis, àc Examin. Synod.

EX

EX commiſſione Reverendiſſimi Patris noſtri Generalis, ſtrenuè, & omni, qua potui, attentione perlegi Librum, cujus titulus eſt: Regulæ Confeſſariis omnibus, pręcipuè Monialium, &c. à Rever. Patre Fratre Joanne Preti à Coſentia Strictioris Obſervantiæ Seraphici Patris noſtri Sancti Franciſci elaboratum, nichilque in illo inveni, quod Seraphicam non redoleat utilitatem, quinimmò animarum ſaluti apprimè idoneum agnovi; Undè typis dari dignum exiſtimo. Datum Neapoli in hoc Regali Conventu Sanctæ Mariæ Novæ 22. Aprilis 1729.

Fr. Alexius à Neapoli Lector Jubilatus, & Cuſtos.

LI-

LICENTIA
ORDINIS.

CUm juxta Apoſtolicas, noſtrique Ordinis Conſtitutiones, per idoneos Cenſores reviſum, & approbatum fuerit opus quoddam, cujus titulns eſt: *Regulæ Confeſſariis omnibus, præcipuè Monialium, &c.* à R. P. Fr. Joanne Preti de Coſentia noſtræ Reformatæ Provinciȩ Calabriæ Concionatore, & Lectore Theologo elaboratum: Nos præſentium tenore, cum ſalutaris obe-

dientiæ

dientiæ merito , eidem Authori facultatem concedimus, quatenùs, servatis in reliquo servandis, Typis illud mandare possit , & valeat.

Datum Mediolani die 11. Maii 1729.

Fr. Mattheus à Pareta
Minister Generalis

✠ Loco Sigilli.

Do-

Dominus Canonicus Poliaſtro vi. deat, & referat. Neap. 26. Junii 1729.

D. Petrus Marcus Giptius
Can. Dep.

Poteſt imprimi Neapoli die XVI. *Julii 1729.*

Can. D. Stanislaus Poliaſtro.

Attenta ſupradicta relatione Domini Canonici Reviſoris, Imprimatur. Neap. 16. Julii 1729.

D. Petrus Marcus Giptius
Can. Dep.

EC.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

NIcola Migliaccio Impressore in questa Città, con ogni Venerazione rappresenta a V. E. il dover Stampare un' Opera, il cui Titolo è: *Rego'e Confessariis omnibus præcipuè Monialium, &c.* composta dal Reverendiss. P. Fr. Gio: Preti della Città di Cosenza, Theologo attuale di Sua Cesarea, e Cattolica Maestà, che Dio guardi, che però supplica umilmente l' Ecc. Vostra commetterne la revisione, che della gratia, ut Deus.

Rev. D. D. Hieronymus Nobile videat, & in scriptis referat.

MAZZACCARA REG.
ULLOA REG.
PISACANE REG.
CASTELLI REG.
PEYRI REG.

Provisum per S. E. Neap. 26. Aprilis 1729.
Athenasius.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

OPus, cui Titulus Regulæ Confessariis omnibus præcipuè Monialium, & Fæminarum in Monasteriis degentium, &c. Auctore Adm. R. P. Joanne Preti a Consentia Strictioris Observantiæ Seraphici S. Francisci Provinciæ Calabriæ jussu Exc. Vest. perlegi, nihilque in eo, quod Regiæ obesset Jurisdictioni, inveni: imò quum aptissimis documentis Sanctimonalium Confessarios dilucidè instituat, ut omnibus patet, typis mandari posse, si Exc. V. visum fuerit, putavi. Datum Neapoli die 7. Maii, anno 1729.

Excellentiæ Vestræ

Humill., *Obsequentiss.*, *& Addictiss. Servus*
Hieronymus Nobile.

Visa supradicta relatione, imprimatur, verùm ante publicationem, servetur Regia Pragmatica,

MAZZACCARA REG.
PISACANE REG.
CASTELLI REG.
PEYRI REG.
Spect. Reg. De Miro absente.

Provisum per S. E. Neap. 9. Maii 1729.
Athenasius.

PROTESTATIO

AUCTORIS.

PRæsentes Regulas, cùm cæteris suis Typis impressis, aut scriptis humilitèr Auctor submittit Censuræ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, immò cujusvis personæ intra Catholicum, & Apostolicum Gregem, ità ut, si quid mali, aut falzi, vel erronei contineant; Nunc pro tunc corrigit, & damnat Author, ut sint conformia Sanctæ Rom. Ecclesiæ.

REGULA PRIMA.

De nimia austeritate Confessarii: De modo auscultandi Confessiones, & imponendi satisfactionem.



UM Sacramentalis Confessio sit opus ex Misericordia Christi Domini in beneficium nostrum institutum, & tanquàm filia Divinæ Clementiæ, undequaquè meritis Sanctissimæ Passionis suæ exornata, piè, & sine austeritate à Ministris exercenda est; Sic enim infirmis remedia Salu-

tis, saltèm, minùs rigida, licèt in se ipsis asperiora porrigimus: Et incongruè humanæ austeritati locum facimus, ubi regnare debet Misericordia Dei. Hoc primùm monitum, sacris Ministris Mulierum Confessiones auscultantibus necessarium est, eo quod, ut ait Aristoteles, Femina partìm timida, partìm iracunda est; quare si peccata sua cònfitens, severitatem in confessario reperit, timore, atque ira perculsa, narrationem suorum delictorum detruncat, integritatem confessionis violans maximè cum in simili proposito Augustinus hæc habeat; *Quomodo potest Medicus vulnus sanare, quando Ægrotus ostendere erubescit?*

Ita-

Itaquè, & erubeſcens, & excandeſcens, ad primos auſteritatis incurſus, perfacilè, etiam dolorem diverteret cum periculo invaliditatis *Sacramenti*, & Confeſſionem, in confuſionem animi converteret; Confeſſarium præſentem abhorrens; novum confeſſarium deſiderans, veneno ſauciata, ubi peccatorum medicinam ſumere poſtulabat.

Prudens igitùr Confeſſarius debet patienter Mulierum Confeſſionem accipere, tùm Chriſti Domini manſuetudinem imitans. qui Samaritanam, & Magdalenam benignè accepit, illas in ſuavitate ſpiritus excipere. Hoc modo debet Virgines Chriſti Do-

mini Sponſas, quæ, abdicato ſeculo, in ſuis ſpiritualibus neceſſitatibus, ad quem confugiant, alium præter Confeſſarium non habent, maximoperè complecti; quas, ſi loco conſolandi perturbaret, in miſeram deſperationem impelleret.

Nemo Hominum ignorat, quàm grave jugum illud ſit conſcientiam clauſtralium Mulierum præmens, ſcilicèt, peccata ſua neceſſario confiteri debere Confeſſario tantùm à Superioribus deſignato; propterea non ſemèl Secularium Mulierum conditioni invident, & libertatem eligendi Confeſsarium ſummoperè anhelant. Hoc jugum gravius ſentirent, ſi auſteritatem,

tem, & rigorem faterentur; Etenim, ut sacrilegium evitarent, aut Pænitentiæ Sacramentum declinarent, aut continua spiritus perturbatione agitatæ ad Sacramenti effectus utilitatem nequaquàm pervenirent.

Ut illas igitùr ab iis angustiis eripiat, neve illis exosum hoc Sacramentum reddat, quod est secunda tabula post naufragium, & remedium salutis amissæ, benè attentus sit prudens Confessarius ad illarum Confessiones, viscera charitatis aperiens, juxta illud Divi Bernardi: *Circa vitam tuam esto austerus, circa alienam benignus*: Sequentes præcipuè directiones observans.

Primò: Si necessaria sit cor-

rectio ; Terminata Confessione : Zelo charitatis ductus: Doctrina, Sapientia, & Sanctorum auctoritatibus correctionem condiat, ut Pænitens in illa, non nisi finem propriæ Spiritualis utilitatis agnoscat ;

Secundò : Reprehendendo, caveat ab omni iræ suspicione ingerenda, capitis inflexionibus, aut oculorum mæstitia, aut alio nausæ signo ; Hæc enim omnia Pænitenti indicia essent severitatis ; Cum hujusmodi motus inconcinni, rudia verba, etiam circumstantibus gravium delictorum suscipionem afferant, cum præjudicio integritatis sigilli ; sicut etiam si coram alijs tædium, aut difficultatem ministrandi de

more hoc Sacramentum Pænitenti ostendat ; Nàm cum circumstantibus hujus rei ratio non pateat, de facili iis Pænitens, aut scrupulosus, aut recidiuus videretur ; Multò magis exponendo Pænitentiam alteri impositam, quæ solet prò peccato mortali imponi, aut, si Confessarius cuiquam qualitatem, & conditiones peccati, simul, & artem, sivè Ministerium Pænitentis revelaret, sic enim ab una, ad aliam notitiam discurrens, tandèm ad Pænitentem ipsum pervenire posset, qui propterea Confessionis suæ pæniteret, cum proposito non confitendi in posterùm.

Idem esset : talis mihi confessus est : nomen, Pænitentis

aperiens,quidam eum audivit, cæteroquin, aut solitus, aut Lege Municipali obligatus, alteri Confessario peccata sua confiteri; & totum hoc (Meo judicio) est Sacramentum Confessionis, ad minimum indirectè revelare, famam Pænitentis lędere; & ista mala procedunt ab imperitia, & segnitie Confessariorum; qui semèl obtenta facultate audiendi Confessionem, ad cætera omnia, quàm ad Morales Libros pervolvendos animum convertunt, quia sciunt, quòd aliqui Ordinarii immemores facti sunt de toto illo, quod S. Congr. determinavit die 1. Martii 1695. in una Cosentina. Sciant Confessarii, quod qui revelat Sacramentum

Con-

Confessionis, incurrit in pænam degradationis *cap. omnis*: 12. *de Pæn. & Remiss.*, imò si totum facit ex ignorantia, vel levitèr frangit prædictum sigillum, privatur in perpetuum facultate audiendi Confessiones, & suspenditur ad tempus à Divinis, ut in una Capaccio 26. Junij 1682.

Confessarii Principum, & Prælatorum, si sciant, eos non satisfacere proprio Officio circa collationem Beneficiorum, electionem Ministrorum, gubernationem subditorum, Eleemosynas ex bonis Ecclesiasticis faciendas &c. tenentur eosdem de sua obligatione monere, saltèm eò modo, quo Propheta monuit David de Adulterio, & Homicidio,

alias

aliàs erunt eorum peccatorum participes, & unus alterum ad Infernum trahet, quia raro eorum ignorantia est invincibilis, & raro id advenit sine damno communi, et sine scandalo subditorum putantium similia licere.

Qui desiderat rectè ministrare dictum Sacramentum, debet ponderare ly: *Noli quærere fieri Judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates; Ne fortè extimescas faciem potentis. Eccl.* 17.6. & illud, quod dicit Apostolus Tit. 2. 15. *Argue cum omni imperio. Nemo te condemnat*; Atquè illud, quod scripsit Chrys. *Omnifariam potestatem à Deo Sacerdotibus concessam*. Sicut Superiores non debent admittere Sacerdo-

cerdo-

cerdotes ad Prædicandum Verbum Dei, si non cognoscunt per examen, si sciant numerum, & qualitatem figurarum elocutionis, differentiam inter Methaphoram, & Allegoriam; causas formalem, & materialem; quibus verbis fulciri debeat, & quo ordine disponere concionem; de arte inveniendi propositionem, de causa efficiente sacræ concionis, &c. (ut fusè dicemus in cap. VIII. Enchyridii Episcoporum, Deo permittente, infra citandi,) dicente Tullio: *Caput est arte dicere, quod facis*; & Hierony. *Non confundant opera sermonem tuum, ne cum in Ecclesia loquaris, tacitus quisque respondeat: cur*

cur hæc, quæ dicis, ipse non facis? Et quia pauci de prædictis totum hoc non observant, ideò videntur prædicare multi, qui nesciunt, etiam illos tres modos prædicandi, nempè: *Dogmaticè*, *Criticè*, *& Paraneticè*, & per hoc prædicabunt ad instar Psittaci; imò multi Prædicatores nesciunt; quod *S*acerdos debet scire omnia, quæ necessaria sunt ad salutem Animarum, ut dicit Concil. Trident., & meo judicio, scire perfectè debet, saltèm omnium Sacramentorum formas, cænsurarum conditiones, decalogi intelligentiam, & modum agnoscendi, & distinguendi peccatum Mortale à Veniale. His

non obſtantibus, prædicti ſunt . . . . Oh Cæcus Mundus !

Adminiſtrando prædictum Sacramentnm perſonis non notis, ne peccent lætalitèr Confeſſarii, ſcire debeant totum illud, quod ordinavit D. Carolus Borromeus, eò tempore, quo erat Legatus à Latere in tota Italia, & celebravit Conc. V. Mediolanen. Tit. *Quæ ad præd. Verbi Dei &c.*, dixi non notis, ex eo, quia ſine neceſſitate non ſunt imponenda onera duriora.

Memores ſint dicti S. Pii V.: *Dentur Confeſſarii doctrina, & Animarum zelo pollentes, & eccè omnium Chriſtifidelium plena reformatio*. Cum igitùr nec in Secularibus, nequè in Clauſtralibus

libus hæc morum reformatio sit, magna ex parte frigido Confesſariorum zelo tribuenda est; Quarè meminerint velim Hieremiæ, qui lacrymis *Tre.* 2.14. ajebat: *Prophætætui* (alia litera dicit) *Confeſſarii tui viderunt tibi falſa, & ſtulta, nèc aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad Pęnitentiam provocarent*; Quæ verba explicans noster Nicolaus Lyranus, dicit: *Te veracitèr arguendo, ſed magis palliabant peccata tua. Non ponebant, ob oculos peccata tua, ſed tibi placentia loquebantur*; Utinam ità non contingeret in pluribus Confessariis, qui Mysticum Jesu Christi Sanguinem dispensando, plùs propriæ utilitati, quàm

Ani-

Animarum profectui consulunt, atquè ideò salubrem peccatorum correctionem adhibere negligunt, muneris sui immemores, nec minimo amoris Dei igniculo succensi. *Væ igitur Confessariis indoctis, imò, væ Prælatis, qui eos sic exponunt, & scientèr tolerant, quia Superiores magis exponentes, quàm expositi rationem reddere tenentur.* Exclamat S. Thomas Aquinates.

Corripiendo igitùr (ut ad intentum nostrum redeamus): sit Confessarius prudens in Sermone, quia sæpè sæpiùs Religiosas offendet, quæ sub humili vestimento Sanguinis nobilitatem conservant, quæque vestimenta quidèm Secularia, non

tamen

tamèn mores abjecerunt pro ſententia mea valdè ſecernendas, ſine tamèn injuria Sacramenti, & ſilentio obvolutis defectibus illis, qui remedio non indigent, & hoc, utilitatis, & charitatis zelo.

Si Confeſſarius deprehendet, neceſſariam quandoquè fore notitiam circumſtantiæ notabilitèr aggravantis, vel minuentis peccatum, numquàm confeſſionem interrumpat, ſed explicationem inquirat, confeſſione completa; interroget, & deformitatem peccati detegat; abſtineat tamèn, non raròà nimia diligentia, cum de tranſgreſſione ſexti præcepti agitur, in lege natnrali contenti, ideſt, inter

præ-

præcepta Decalogi, nè aut sibi, aut *Pænitenti*, quid deteriùs, contingat, quàm ex ignoratis inanibus hujus peccati circumstantiis; nec officit, quod suppositum peccatum maximum scelus sit; ex eo quia, alia peccata unam tantùm hominis partem contaminant, animam scilicèt; hoc autem totum hominem, corpus scilicèt, & animam ipsiùs vitiat; etenim simplices, & Fæminæ si interrumpantur, talitèr confunduntur, ut hoc *Sacramentum* invalidum, & informe reddant, quoniam validum, & informe in sententia subtilissimi Doctoris esse haudquaquàm potest.

Et quamvis Sacrosanctum Tri-

dentinum Concilium determinavit explicandas necessariò esse circumstantias mutantes speciem peccati, nihilque determinavit de circumstantiis notabilitèr aggravantibus intra eandem speciem, hoc tantummodò ità peractum est, nè supèr controversiam inter Doctores Catholicos agitatam definiret, solùm hæreticorum perversa dogmata damnarè intendens; Ultra quam quod ex Textu ejusdem capitis: *Constat enim, Sacerdotes judicium, incognita causa, exercere non potuisse*; Nihil aliud indicitur nisi quod Pænitens circumstantias aperire debeat, alitèr Minister judicare non poterit, tàm circa absolutionem, quàm

circa

circa opus satisfactorium, sivè medicinale injungendum, eò quòd diversimodè ver. gr. momentaneum odium, quàm diuturnum curandum sit. Nemo igitùr non videt, Confessarium rationabilitèr interrogare posse super circumstansias explicatas, & Pænitentem eas explicare teneri. Additur *cap.* 12. *de Pænit.*, *& Remiss.*: In quo sic legitur: *Sacerdos autèm sit discretus, & cautus, ut more periti Medici, superfundat Vinum, & Oleum vulneribus sauciati; diligentèr inquirens, & peccatorum circumstantias, & peccata; quibus prudentèr intelligat, quale debet ei præbere consilium, & cujusmodi remedium adhibere.*

Hoc idem deducitur ex secunda Epist. S. Cypriani, aliorumque, ad Cornelium Papam scripta super *cap.* 34. *Ezechielis*, in qua sic habetur: *Et examinatis singulorum causis, pacem lapsis dare*.

Tertiò. Si quid Confessarius contrà se ipsum audit, omnimodè dissimulet, nec minimum animi sui alterationis indicium ostendat, immò Pænitentem illam majori benignitate complectatur, ut ità pænitens resipiscat ab ira, confidentiam in posterùm concipiat, & Confessarius ipse quosdam fortè defectus proprios ità expurgabit.

Quartò. Si obsusurrationem audiet, hominem novum se

præbeat obſuſurratæ, quam propterea judicare debet in iis, de quibus illa ſe accuſat, non de quibus ab aliis eſt accuſata; In hoc enim judicio Sacramentali, Reus, & Accuſator una perſona eſt.

Quintò. Si quam tribulationum fluctibus agitatam noverit, ei dicendi ſpatioſum campum aperiet, & nè oppoſitionibus fluctus increſcant; illius commiſerando condoleat, indè fluctus componere ſenſim ſtudeat, ut Spiritui Sancto pareat, qui in Proverbiis Salamonis ità commonet. *Reſponſio mollis frangit iram, & vir iracundus provocat rixas*; Suadeat, ut poteſt, Pænitenti ſuæ, verba aſpernari, ma-

ximè cum sic Deus non semèl virtutis experimentum faciat, & culpas puniat, nequè magnum quid esse, dicat, aspetum perferre verbum, levem tolerare infamiam, ab amorem Jesu Christi, qui sinè causa tot probra sustinuit, ipsam quoque in Cruce turpissimam Mortem, juxta illud Divi Gregorii: *Si Passio Christi ad memoriam reducitur, nihil est, quod non æquo animo toleratur*, imò dicit Albertus Magnus: *Simplex recordatio Passionis Dominicæ plùs valet, quàm si in integrum annum jejunaret quis in pane & aqua, vel si quotidiè virgis, et flagellis cæderetur usque ad effusionem sanguinis*. Tandèm, quod sicut

illa

illa peccatorum suorum à Deo indulgentiam expostulat; ità necessariò debet injurias acceptas de corde suo remitere, & quod ex sententia Redemptoris non remittetur eis, qui de corde suo non dimiserint, & in lege scriptum est; *Dimittite*, *&* *Dimittemini*; nequè veniam à Deo afflagitare alitèr possumus quotidiè in Dominica oratione, quam Seraphicus meus Doctor ex triplici causa privilegiatam considerat.

Sextò, & Ultimò. In satisfactione injungenda attendat ad qualitatem, ætatemque personæ, ad gravitatem, & circumstantias peccati juxta præscriptum à dicto Concilio: *Pro qualitate*

criminum, *& pænitentium facultate*, *salutares*, *& convenientes satisfactiones injungere*; Nè *levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungendo*, *aliorum peccatorum participes efficiantur*: Canones Pænitentiales observet, *quia si contra Canones imponat Pænitentiam*, *non rectè facit*, ideò Episcopi, Sancti Caroli exempla sectantes, jubeant Confessariis, scire hos Canones, & quod habet Glossa in *can.* 32. *Qui contra* 24. Eò magis, quod canones omnes sunt in præcepto, ponderando verbum imperativum: *Custodiantur*, nàm quod imperatur, præcipitur, & quòd præcipitur imperatur; Præterquamquòd canones habent vim legis; Quando

do verò non ſunt pænitentiales, & Apographi, ut ſunt illi, quos notat Dictus Bellarminus de *Script. Eccleſ.*; imò Nicolaus Primus ſancivit ſub pæna Anathematis obſervantiam canonum, ut legenti *Can.* 18. *Si quis dogmata*: 25. *quæſt.* 2., per hoc dicit Fagnanus: *Qui operatur contra Canones ex contemptu, credens, Eccleſiam non habere condendi poteſtatem, punitur, ut hæreticus; Qui contra Canones operatur, ex eò quia non curat ſe Legi ſubiicere, punitur pæna depoſitionis, quia mortalitèr peccat, dummodò non operatur per concupiſcentiam, vel iram, aut negligentiam; Qui canones non habet, redarguendus eſt de neglectu;*
Qui

Qui habet, & non servat, de temeritate increpandus est; Qui verò in contemptum Ecclesiæ Romanæ non servat Canones, Hæreticus est censendus.

Nè Confessarii in Pænitentes commonefaciendo obmutescant, & in assignanda satisfactione pro qualitate peccati, & occasionis oscitent, benè attendant, ad id, quod refert Baronius. Anno 596. electus fuit in Summum Pontificem Romanum Gregorius V. (Fortè contradicente Crescentio Senatore Romano, utpotè, qui indè electionem Joannis VII. antea Episcopi Placentini totis viribus curavit) & quia Otho III. rationabilitèr illum Antipapam adjudicavit

cavit, Romam se contulit, jussit, senatorem trucidari, & Joanni Nasum, auresque præcidi; Id postea detèstans, Romualdum Abbatem adivit, ut meditatum scelus suum ei confiteretur. Audita Confessione Othonis, injunxit illi Romualdus pro satisfactione, quadraginta dierum jejunium, & visitationem nudis pedibus Basilicæ Sancti Michaelis in Monte Gargano. Pænitentiam implevit Cæsar, atquè impressis vestigiis magìs, quàm Imperiali diademate gloriæ suæ fastigium assecutus est; quare mihi repetere liceat dictum illud Doctoris nostri Alphonsi à Castro: *Doctus quidèm Medicus non eodem colliryo, omnibus poculum injungit: Ne-*

que omnium vulnera eàdem manus lævitate tractat Chyrurgus, nàm ferro necesse est, ut abscindantur vulnera, quæ fomentorum non senſiunt medicinam.

Nihilominùs prudens Conſeſſarius illius Chryſoſtomi effati non obliviſcatur, *Si erramus, modicam pænitentiam imponentes, non nè meliùs eſt propter miſericordiam reddere rationem, quàm propter crudelitatem ſuccumbere Pænitentem? Juſtius eſt cum parva pænitentia, quæ ſpontè ſuſcipitur à Pænitente, & veriſimilitèr adimpletur, ducere Confeſſum ad Purgatorium, quàm cum magna non adimplenda præcipitare in Infernum.*

Pænitentia fructuoſa, & vitæ æternæ meritoria, non ſicut pæ-

nitentia Saülis, Antiochi, & Iudæ, ex timore supplicij temporalis concipiatur, sed ex odio sceleris, sicut illa Davidis, Margaritæ, Magdalenæ, Pelagiæ, Mariæ Ægyptiacæ, & Petri; & quamvis à simplici creatura distingui non possit pænitentia à pænitentia, à Deo, *qui scrutator est cordium*, optimè secernitur. Lacrymæ, licèt non sicut dolor necessariæ, effluant ex consideratione animæ, tùm propriæ, tùm proximi, gratia Divina crudelius expoliatæ, qua Viatori in finibus Jerici à Latronibus expoliari malè contigerit. Sint Lacrymæ Pænitentis, sicut lacrymæ Divæ Monicæ, aut duarum Matrum, quas Sacra Scri-

tura

tura plurimùm commendat; alteram Hæbream, Romanam alteram; non ſicut lacrymæ Peccatorum habitualium, quos ſæpiùs ad Confeſſarii pedes in lacrymas ſolvi conſpicimus; *vix autèm Confeſſione peracta redeunt ad peccata, ac ſi ea minimè planxiſſent*, Gregorii Teſtimonio. Sint deſideria vota Publicani, pii Latronis;& ſolis Aquinatis,qui à Crucifixo interrogatus: *Quam mercedem habebis*? reſpondit: *Non aliam Domine, niſi te ipſum*.

Debet inſupèr prùdens Confeſſarius ob oculos inceſſantèr habere quantum in ſupradictis Bullis Sixtina, & Gregoriana continetur, nè à recta in loquendo regula aberret. Inſupèr Sacræ

cræ Congregationis decreta, circa clausuræ violationem, illa emanata sub die 16. & 24. Settembris Anno 1609. in una Comensi, & in alia Lucensi, *præcipientia, absolvi cum pænitentiis salutaribus quosdam Moniales, quæ bona fide ascenderunt supra tectum ad siccanda frumenta, & pastas ab ipsis elaboratas, sivè ad videndum quoddam festum cum speciali prohibitione illùc ultra ascendendi propter quamcunque causam; & ratio est, meo judicio, quia clausura est indivisibilis, & violatio ipsius non attenditur ex parte loci, seù spatii localis, in quo cadit parvitas Materiæ, sed ex transgressione legis Clausuræ, quæ est mortalis, sivè fiat ad duos pedes, sivè*

sivè ad centum passus; Ne sibi facultatis aliquid usurpet; Insupèr etiam legere debet dubium VIII. factum, in constit. 18. *Inscrutabili*: Gregorii XV., Decreta Sac. Congr. Jussu Clem. VIII. die 26. Novembris 1602., & Urbani VIII. die 17. Novembris 1628.; *Conc. Trid. Sess.* 14. *Cap.* 7. *de casuum reserv.*, *Nicol. Lugubr. Can.*, *Lib.* 5. *Tit.* 39. *de Absolut. num.* 43. §. *hæc tamen assertio*, & alios, quos brevitatis gratia relinquo; ideò non benè dicunt illi Doctores, qui aliud asserunt à prædictis declarationibus; & à Diæcesi, sicut est ista, ubi Episcopus minatur sub pæna escommunicationis accessus, & colloquia cum

Mo-

aut aliquibus earum tàm in Monasteriis, quàm in Conservatoriis, seù Collegiis commorantibus; dicta excommunicatio ligat Regulares acccdentes ad dicta Monasteria exempta à Jurisdictione Episcopi, & Superior Regularis ab eadem excommunicatione absolvere nequit, ut pluribus vicibus declaravit Sacra Congr. Concil. Trid. interpretum, signantèr 10. Martii 1663., & 26. Junii 1667. Tandèm scire debet const. dicti Urbani VIII. num. 14. quæ incipit: *Omnes*, ubi sequitur alia Bulla pró Monialibus, & ibi in §. 5. sunt sequentia verba: *Ab eisdem ordinariis locorum ad id approbatos*.

Erubeſcant Confeſſarii miniſtrare Sacramentum Pænitentiæ, abſque præciſa neceſſitate, non ſolùm extra Confeſſionale, ſed in omni loco, etiam jacenti in lecto; & miror de aliquibus Epiſcopis, quod totum hoc non prohibent eo modo, quo poſſunt, ut multi faciunt Regularibus (ne exerceant dictum Sacramentum in eorum cellis) quandò Judices temporales non miniſtrant juſtitiam, niſi in Aula. Si Confeſſarius illa die, qua audivit confeſſionem, in iſto, v. g. loco, ſollicitat Pænitentem, eſt denunciandus per illa verba expreſſa in dicta Bulla Gregoriana, nempè: *ſeù ad Confeſſionem audiendam electo*. Non ſolùm Confeſ-

fessarii, sèd etiam inquisitores contra hæreticam pravitatem, non possunt absolvere à casibus Papalibus, etiam si Pænitentes fuerunt absoluti ab excommunicatione, ut declaravit Sag. Cong. die 26. Junii 1680., & meo judicio prædicta declaratio fundata est in cap. *Etsi Dominici* : 3. *extra. com. de Pæn. et Rem.*; sed per absolutionem recurrendum est ad Sacram Pænitentiarìam; & ista non potest absolvere Regularem, qui ultra valorem decem scutorum munera dedit, antefactam restitutionem; infrà verò prædictum valorem, potest, cum cautelis, & circumstantiis expressis in Bulla Innoc. XI. quę incipit : *Romanus*.

Insupèr Sanctimonialibus explicare debet jus illud Canonicum : *Qui causam damni dat, ipsum damnum facere videtur ; Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur*, quod sic explicat *Faccinus noster* : *Regula praedicta non procedit, quando actus est personalis intransitiuus in aliam personam, ut est contritio, jejunium, etc.* Prima regula, seù pars praedicti Juris Canonici afficit etiam Regulares ; licèt actualitèr Concionatoribus Monialium, districtè prohibeat, ne praetextu quidèm solutionis spiritualis dubii, occasione concionis exorti, sermonem cum Monialibus instituant, vèl protrahant, sub laetali, juxta declarationem

Sacrae

*S*acræ Congregationis de man. dato Clementis IX. die 1. Januarii 1678. Alia, Monialibus gravitèr prohibet; Epiſtolas à Regularibus accipere, eò quod in ſubſtantia ſit, illos alloqui, & fortè quid deterius, graviuſque periculum ingerens, eò quòd carta non erubeſcat. Conſulantur Ginetus, Annicetus de Lima, Cajetanus de Alexandro Poteſtatis, Clericat., tom. IV. deciſ. XVIII. & cæteri Authores, quos hic citare nimiam prolixitatem pareret, maximè cum ex citata Clementis XI. Epiſtola, hoc totum evidentiſſimè colligitur.

Poſſunt tamèn ordinarii, facultate ſibi à *S*acra Congregatione

ne concessa, Regularibus permittere tèr infra annum, Moniales in primo, aut secundo consanguinitatis gradu conjunctas alloqui, servatis tamèn conditionibus in facultatibus Typis Archiepiscopalibus impressis, præcontentis, quibus non observatis, hujusmodi facultates immediatè derogatæ intelliguntur: Beneficio hujusmodi facultatum non fruuntur auscultatrices; nequè regulares cum aliis Monialibus conjunctis alloqui possunt, ut jam diximus, & declaratum fuit à Sacra Congregatione, quæ in quadam Faventina, etiam Missas celebrare in Ecclesiis Monialium Regularibus, nisi completo æ-

tatis

tatis anno 50. ſpecialitèr prohibuit. Omitto quantum Monialibus ipſis prohibetur, quaſi ſufficientèr notum ex caſuum reſervatorum Tabella in hac Metropolitana Diæceſi, verbo: *Præterea*, & verb. *Similitèr*. Nequè Epiſcopus poteſt accedere ad Monaſteria Monialium in aliena Diœceſi, abſque licentia Ordinarii, ut docet *Carol. Antonius de Luca Animadverſ. Gratiani*.

Nequè contra hucuſque dicta allegare, fas, eſt conſuetudinem contrariam, ſi qua datur; hæc enìm legitimè, ſine conſenſu tacito ſaltèm Legislatoris, non introducitur; nequè tolerantia in contrarium quidquam pro-

 deſt,

deſt, ut dicit Gloſſa in verbo: *Approbat: de Sen. Excommun. cap. final.*; Cujus opinio, in conflictu Doctorum prævalet: quarè omnis conſuetudo contraria, quantumvìs inveterata, & immemorabilis, eſſet penitùs extirpanda, ut manifeſtum eſt *ex cap. Cum Venerabilis* 7. *de conſ.* Super hoc non te pigeat etiam legere *Gloſſ: cap.* 1. *de conſuetud. in* 6., *&* *Gloſs. in can.* 6. *Deniquè diſt.* 4. *verb. Venia*; attamèn veriſſimum eſt, nèc in dubium revocandum, determinationes illas omninò infirmas eſſe, niſi appoſita ſubſcriptione Præfecti, & Secretarii, & niſi illorum Sigillo communiantur, ut ſtatuerunt Summi Pontifices

Gre-

Gregorius XV. & Urbanus VIII. Nequè sinè temeritatis nota ambigere possumus, quandò auctoritate talium Doctorum Solidamur, inter quos est Nicolii, & Fagnanus, atquè Clericatus.

REGULA SECUNDA.

De Modo interrogandi Superiorem Monasterii post suam Confessionem Sacramentalem, et docendi Magistram Novitiarum.

SUperiorem Monasterii, terminata Confessione, interrogare

rogare etiam poterit, quemadmodùm Carolum V. Imperatorem pius ille Sacerdos interrogavit, dicens: *Dixisti peccata Caroli, dic nunc peccata Cæsaris*, quia taciturnitas mortalis est in Prælato, *cap.* 6. *si Papa*: *dist.* 40. *cum Gloss.*, ubi videtur citare *can.* 1. *Si Rector dist.* 43. memor sententiœ Augustini; *Confessarii Principum, nèc muti canes, nèc adulantes politici, ne, displicè timentes, et se, et Principes in æternum perdant*. Deindè illud sæpè repetat, quod monimentis reliquit Chrysostomus: *Non enim de vestra tantummodò vita, sèd de omnibus subditis vobis commissis ratio reddenda est*; itèm illud proverbiorum: *Qui parcit*

virgæ,

virgæ, *odit filium suum*; & alibi: *Noli subtrahere à puero disciplinam, si enim percusseris eum virga, non morietur*: iterùm illud Ecclesiastici: *Qui diligit filium suum, assiduat illi flagella, ut lætetur in novissimo suo*; idèst in æternitate; tùm illud memorabile Solonis Græcorum Sapientissimi Oraculum, quod si benè perpenderent, quicumque imperscrutabili Dei judicio, & permissione, ad aliorum curam Superioritatis munere, destinantur, Ecclesiasticum Cælum hisce temporibus misera caligine obtenebratum, lucidissimis radiis jugitèr elucèret: *Rempublicam duobus contineri, putavi, videlicèt, præmio, & pæna, ut per præmium*

boni

boni ad virtutem excitentur, *et per pœnam*, *mali à flagitiis arceantur* : Tùm terribile illud Doctoris Angelici. *Negligens superior*, *duplicitèr peccat*, *cum*, *non solùm ipse delinquat*, *sèd alios*, *non corrigendo*, *foveat ad delinquendum*: iterùm, 12. *Can.* 23. 8. *Prœtereà* : *Qui crimina*, *cum possit emendare*, *non corrigit*, *ipse committet* : iterùm illud Proverbiorum : *Melior est manifesta correctio*, *quàm amor absconditus*; propterea Doctor gentium Timoteo mandavit, dicens; *Peccatum coram omnibus argue*, *ut cœteri timorem habeant*; super quæ Lyranus habet : *Vt sicut peccatum est publicum*, *ità et punitio* : Et Divus Gregorius explicans illud Psalmi. *lœ*-

tabi-

tabitur juxtus cum viderit vindi-ctam, ait: *Pestis Reipublicæ est, qui reos, quandò convenit, non punit*. Deniquè si enascentes abusus, vel minimi videantur, & à quovis posthabità lege, proprìique status violata conditione, malè parti, non suffocantur, tunc speciali Dei Auxilio opus est, ut non ordinariæ magnanimitatis zelo præditus superior totis viribus regularem observantiam, tanquàm bonum semen in agro sui Monasterii, convulsis zizaniis, fructui demandet, eò quod paulatìm vitia serpant, atquè omnium animos sensim inficiant; nequè illius obliviscatur, quod idem S. Pontifex, in Evangelii expositione declarat dicens:

cens : *Vera justitia compassionem habet , falsa justitia dedignationem , quamvìs , et justi soleant rectè peccatoribus dedignari , sed aliud est , quod agitur typo superbiæ , aliud , quod zelo disciplinæ .*

Dicet fortasſè quis mihi, quod præſentibus temporibus , ſi Monialium Superior talem naturam oſtendat , nimiæ ſeveritatis arguitur , & quaſi ſingularitatem affectans, nolit conformari communi vivendi uſui , & tanquàm inquieta , quæ Monaſterium novitatibus perturbet , in poſterum promoveri non poterit . Hoc totum ubique locorum experientia conſtat : Etenim per Monialium ora diſcurrit Prover-

bium

bium illud : Hanc in Superiorem eligamus ; quoniam ab hac vivendi libertatem consequemur; cùm è contrario, zelo præditam, quæ & delinquentes punire, & bonas præmio afficere valeat, sempèr in superiorem eligi oporteret.

Hoc ex eo originem habere arbitror, quod nemo Ecclesiastici sententia animo cohæreat: *Da illi honorem secundum meritum suum*; sèd potiùs communem, pravamque sententiam, nè dicam morem, unaquæque monialium, tanquàm ovis cæca prosequitur, cum obligationi suæ prospicere deberet, nè sui pæniteat tempore non opportuno, atquè inutili pænitentia;

Octavò

Octavò, & Ultimò, si Magistræ Novitiarum Confessionem excipiat, repetat illi, quod Horatius scripsit: *Quo semèl est imbuta recens, servabit odorem testa diù*; idèst recens vas fictile eundem sempèr spirabit odorem, quem ab initio recepit. Itaquè Novitijs linguæ latinæ ignaris, saltìm emendatam pronunciationem insinvet, cum, ut plurimùm, Fæminæ malè pronuncient, quæ latino idiomate exprimuntur, & contrario modo, quo pronunciari debent, & inter figuras dictionis *num.* 13. quæ à Græcis *Anthithesis*, *seù Antisticon*, à Latinis verò: *Contraria positio* nuncupatur. Solent etiam illarum quædam, literam. G. antè præ-

mittere

mittere dicendo v. g. Degus, loco Deus: quandoque etiam auferunt literam C. dicendo v. g. Santus, loco Sanctus: pronunciant E. prò I. dicendo Genetrix, loco Genitrix; duplicant literam I. dicendo Tuii, loco Tui: dicunt Megæ, pro Meæ: dicunt Jube Donne, omittendo literam M. seù in illam permutando N., & loco dicendi Jube domne dicunt: Jube donne, & alia similia. Hoc non est mirum, ex eo quia pluribus quoquè Sacerdotibus hujusmodi errores contingant in ipsis Sacrosanctis Sacrificii cæremoniis, in quibus mysteria cruentæ Passionis Jesu Christi significantur, ex turpissima segnitie, qua rubricas

Missalis, & Expositores non legant, quandò observantia ipsius Rubricæ cadit sub præcepto, eò quia S. Pius V. præcipit in virtute Sanctæ Obedientiæ eas observari; quod præceptum cadit suprà omnes, non suprà singulos, ut docet Campionus, Genettus, & alii; nec oculo quidèm eas perlustrare dignantur, aliorum tantùm mala exempla inconsideratè sectantes, undè originem traxit illud Poetæ Italici.

Ciò che fà la Prima, e l' altre fanno,
Addossandosi à lei, s' Ella s' arresta.
Semplici, e chete, e lo perche non sanno.

Quarè illud Cardinalis de Luca

Lucae effari possemus: *Corruente Antesignano, corruerunt de consequente omnes alii, qui in sola fide ejus auctoritatis processerunt.*

Hortetur illas, servare modum in Doctrina Christiana præscriptum, præcipuè Confessarium adeundo: sæpiùs enim observatur, nonnullas ad Pœnitentiæ Sacramentum accedere sinè dispositione, facie hilari, ore ridente, ac si laudabile carmen recitare susciperent: Miror sanè confessarios illos, qui similes pænitentes sic indispositas, non commonefaciendo, excipiunt, qui cæteroquìn Confessarium Caroli V. imitari deberent: siquidèm ille Sa-

cerdotali libertate Imperatori ensem deponere, super nudam humum genuflectere, & submissa voce loqui imperavit, ex quo Cæsar vitæ mutationem exorsus, Sanctorum tandèm morte dies suos implevit: Utinàm ità se gererent Confessarii! Utinàm pænitentes priùs examine necessario conscientiam propriam convenirènt, dolore de peccatis etiam venialibus contererentur, & propositum firmum non peccandi de cætero elicerent, nequè ignorarent Augustinum dicentem: *Duplicem habere debet fletum homo peccans, nempè, quia per negligentiam bonum non fecit, & quia per audaciam*

daciam malum perpetravit; procul dubio accedentes ad Confessarium abstinerent à risu, fletum susciperent, & timorem, & humilitatem tanquàm malefactores accedentes ad Tribunal Iudicis, à quo vèl absolvi, vèl ad supplicium debent damnari, procurarent.

Hortetur quoquè eas ad humilitatis virtutem: *Non fortitudine tantùm, ac prudentia, sed humilitatis quoquè virtute, & simplicitatis opus est, quæ si non adest, salus nostra certè claudicat*; etenim omnium virtutum moralium fundamentum est humilitas, qua deficiente, verus spiritus adesse nequaquàm potest, sed potiùs inurbani-

tas, & morum aſperitas, dicente Apoſtolo Romanis: *Honorem invicem prævenientes*; quarè tunc veram fatebimur humilitatem, quando inferiores gradu, qualitate, ætate, & conditione præveniemus; ſuperiores enim obſequendo, non humilitatem exercemus, ſed implemus debitum à multis inadimpletum, ne in ſuperbiæ intolerabile crimen contra Deum, hominesque incidamus: *Odibilis eſt coram Deo, & hominibus ſuperbia*; Illudque evidentiſſimum reprobationis ſignum dixit Gregorius: *Evidentiſſimum Reproborum ſignum eſt ſuperbia*. Nequè ſufficit, nos ad Crucifixi

pedes

pedes miseros peccatores divinorum beneficiorum indignos oretenùs fateri, si verè ita intrinsecùs non humilitèr sentìmus, cujus humilis cognitionis erunt indicia, si libentèr tales ab aliis agnosci, vocariq; perferimus; quod tunc falsi honoris stimulo pungimur, quandò à Confessariis, vel à Superioribus levissimè corripi non patimur; tunc humilitatem jactamus, humiles nobis ipsis videmus, cum veræ superbiæ vitio extollamur; si Valles humiles erimus, divinarum benedictionum imbribus irrorabimur; si autèm superbi Montes, infortuniorum fulmina provocabimus.

Insinuet illi, ut Novitias in pænitentiæ virtute imbuat; licèt enim corporales pænitentiæ Sanctitatis forma, aut substantia non sint, ad illam tamèn summoperè disponunt tanquàm Sanctitatis initia, maximè cum regulares omnes ad eam triplici motivo, necessitate, scilicèt, obligatione, & humilitate teneantur. Et quid igitùr ei, qui cum carnis mortificationi sedulò incumbere oporteat, non solùm carnem indignatur mortificare, verùm etiam ipsum pænitentiæ nomen abominans, carnem studiosè enutrit, illique miserrimè indulget? *Quadraginta dierum laborem, ac perseverantiam Dei*

servi

servi (ideſt Moyſen) *continui jejunii* , *àc orationis* ; *una tantùm Populi Ebrietas caſſam* , *irritamque reddidit* , ſcripſit Baſilius : Hujuſmodi autèm communi veſtitu , & menſa contentæ ſint, cibos ſibi accomodos non petant , obſonium ab aliorum manibus acceptent, nequè cum præjudicio , & totali ruina regularis obſervantiæ ad communem menſam accedentes , aromata , condimenta , nequè fructus , aut aliud quidpiam privatìm deferant ; nequè id genus rerum palam in cubiculo , religioſam habitationem fædantium , conſervent ; alitèr apud Deum inexcuſabiles erunt , quantumvis

vìs pessima aliarum exempla adducere conantur, dicente Augustino: *Noli dicere, faciam hoc, quia multi hoc faciunt; hoc non est defensionem parare animæ, sed comites in gehennam acquirere*. Quinimmò, si nequè minùs perfectas quorumdam Sanctorum in hac Valle lacrymarum imitari actiones licet, quomodò in via perditionis ambulantium licebit nobis mala prosequi vestigia? Attamèn, ut plurimùm, dicit Seraphicus noster Bonaventura: *Tales sunt, quæ bonorum egestate coactæ, ad religiosam vitam confugerunt; non verò, quæ propter Jesu Christi amorem, divitiis neglectis, sæcularia com-*

moda

moda dereliquerunt, ut Sponsum cælestem, Crucis mortificatione, amplectantur.

Hortetur quoquè illam, ut Novitias suas in virtute paupertatis promoveat; Nequè enim sufficit, paupertatem abdicatione bonorum temporalium, & voti emanatione elegisse, dicente eodem Bonaventura; *Non paupertatem, sèd paupertatis amorem virtutem esse*, quod cohæret Divo Bernardo dicenti; *Plùs enim concupiscentia Mundi, quàm substantia nocet*, & Basilio: *Christus cum dives esset, propter nos pauper est factus*. Agnoscetur hujus virtutis amor in victu, vestitu, suppellectili, cæterisque hujusmodi: Si in

istis

istis superfluitatem, & vanitatem quærimus, si pauperes esse, talesque videri erubescimus, si communia, & particularia adminicula nobis à Religione provisa contemnimus; si indigentiam ægreferimus, si conquerimur, si obmurmuramur; Non solùm paupertatem non diligimus, immò à paupertate longè aberramus. Profectò quænam Paupertatis virtus hæc est, quæ nullius rei indigentiam sustinet? Certè seculares ipsi non pauci cum certitudine boni ad vitam necessarii, & nullius deficientiæ, Paupertatem eligerent. Hortetur igitur Magistram, ut Novitias suas ad hujus virtutis

amo-

amorem ità accendat, ut de paupertate glorientur, paupertati cujuslibet ſuppellectilis ſtudeant, ut indigentiam hilaritate ſpiritus perferre valeant; Maximè verò caveant à ſuperfluitate munerum cum in hac materia gravitèr peccare poſſint, & incurrere pænas fulminatas in Bulla *Religioſæ* 28. *de largitione munerum*, emanata ordine Clementis VIII., quæ Bulla non condidit novum jus, ſed renovavit antiquum Can. XI. *Non dicatis* 12. 1., *cap. Monachi* 2. de ſtatu Monachor., *& cap.* 7. *Cum ad Monaſterium: eodem tit.* & in alia Urbani VIII. quæ ſic exordìtur: *Nupèr*: 267. & in Canone

none: *Consideranda* 17. *dist*. 86., quæ omnes constitutiones adhùc in suo robore, & usu sunt. Causę finales Bullæ prædictæ sunt quatuor in eadem expressæ, nempè, 1. ut Regularium disciplina conservetur, & labefactata restituatur: 2. ut bona à Monasterio, aut Religiosis acquisita, etiam redditus, & eleæ nosynæ, non dilapidentur. III. ut votum paupertatis integrè observetur. IV. ut parva Regularium ambitio evitetur.

Pænæ verò, sunt: Perpetua infamia, privatio vocis activæ, & passivæ, privatio ipso facto dignitatum, graduum, munerum, & officiorum, quæ habent, & inhabilitas ad illa

in

in futurum ; & munera illicita recipientes à Regularibus, et Monialibus, adinstar rei furtivæ, sunt restituenda, vel ad dantes, vel ad Monasterium; ut docet Donatus. Sancta Clara licèt Fundatrix, & Abbatissa Monasterii S. Damiani, nihilominùs munerari volens Agnetem, Primislai Regis Boæmiæ, filiam, de se eximiæ meritam, nihil aliud illi misit, quàm Cruciolam ex simplici ligno cum velo ex canape, & vasculo terreo, quo ipsa utebatur, quod perexiguum munus dicta Principissa summo gaudio, et existimatione acceptavit. Verùm equidèm est, iis temporibus Claram,

ram , ſuaſque Sanctimoniales, et eodem , quo nos , arctiſſimo paupertatis vinculo fuiſſe obſtrictas , et inſupèr ſub lætali ad obſervantiam 130. præceptorum , quæ Eugenius IV. ad pias Sancti Joannis de Capiſtrano præces , ad quinq; tantùm reduxit, ut videre eſt in Bulla : *Ordinis tui* 28. Illius altiſſimæ paupertatis paulò obſtrictius vinculum tantiſpèr clementia ſua ſolvit S. Pius V. cum ſuo motu proprio incipiente : *Paſtoralis* ;: Hanc Pontificiam ordinationem Gregorius XIII. ad omnes Sanctimoniales ampliavit , mediante Bulla , quæ incipit : *Deo ſacris* : 8. Quarè in præſentiarùm

rùm licet illis etiam privatim frui annuis pensionibus, vulgò, *Livelli*, quarum usufructus sit pænes Monasterium, usu tantùm illis concesso, & quidèm circa necessaria, utilia, & honesta; quod si hujusmodi pensiones in toto, vel in parte, largitionibus consumere velint, maximè attendant ad Bullas præcipuè Urbanam, in qua Clementina confirmatur, & illius oblivio condemnatur: sempèr autèm de licentia Superioris, qui tales facultates concedendo summa prudentia sibi caveat; considerando circumstantias muneris, pensionis, munerantis, munerati, &c. Nè contra Pontificias Constitutio-

nes, quidquam detrimenti Monasterium subeat, aut paupertatis votum iis largitionibus quoquomodò violetur.

Propriæ igitùr conscientiæ statum seriò considerent Sanctimoniales, quæ Confessarios, & parentes non indigentes, fortè etiam finè licentia muneribus prosequuntur, quorum valor esset materia gravis in futuro; maximè verò, si ex illicito fine, v. g. ad gradum Abbatissæ, aut aliud officium obtinendum; meminerit quoquè à Concilio Tridentino cujusvis generis Sanctimonialibus prohiberi pœnes se tenere pecunias, quas in communi deposito, seù Capsa jubentur de-

deponi ad omnimodam Superioris dispositionem, ità ut illis possit Monasterii sui, & Religiosarum indigentiis subvenire. Quod si hoc totum quibusvis Religiosis timorem incutere debet, quomodò non perterrefaciet nos Reformatos; utpotè qui nostram rerum commestibilum à communi vivendi ratione nobis concessarum, usum tantummodò, non dominium, tanquàm volucres, habemus. Cautè igitùr se gerat prudens Confessarius cum Religiosis, sine scrupulo munera prolibito largientibus, & acceptantibus, & me contrarium sensientem benignè substineat.

Hortetur paritèr Magistram,

ut Novitiis, Mundi contemptum ingerat; quoniam miserrimus ſtatus tenet Monialem, cujus Corpvs clauſtra carcerant, Animo interim infelicitèr ſanguinis vinculis axtra clauſtra mancipato, domeſticis curis, & alienis affectibus continuò fluctuante. Hujuſmodi Moniales cupidæ propriæ gloriæ, parentum honoris cupidæ ſunt, & de illorum temporali incremento, quandoquè Parentibus ipſis ſollicitiores, ſempèr ſecularium novitatum indagatrices. Cum talem deprehenderit Magiſtra, vel Confeſſarius, ſedulò incumbat, ut ab illius corde hujuſmodi tenebras auferat, laqueos ſolvat, inveteratas

teratas affectiones convellat, fluctus componat, ut pax interna, unio cum Deo in oratione restituatur, atquè ità solitudinis Religiosæ fructus dulcissimi degustentur; recordentur illis, & Mundo illam esse mortuam, & illi Mundum periisse: *Sinat Mortuos sepellire mortuos suos*; seculares scilicet secularibus curis incumbere, maximè cum seculares non semèl Religiosorum Parentum tanquàm mortuorum obliviscantur, & illorum sola necessitate compulsi, recordentur; Hortetur quoquè illas, ut prò viribus ab externorum colloquiis abstineant, nè Angelus Satanæ per crates aditum sibi

paret gravium cogitationum, & affectionum secularium sarcinam componat. Tandèm horrorem Religiosæ asperitatis depellat ab illarum corde, nè timore non perseverandi in tàm arduo vivendi genere, succumbant. Ut Dæmonio impossibilem perseverantiam obicienti, respondeant, quod olim respondit S. Ignatius, sempèr venerabilis Societatis Jesu Fundator, idèst: *Quis crastinam vitam nobis promittit? Quomodò plures vitæ annos nobis promittimus, qui nec unam quidèm horam certam habemus? Quis scit nùm termino viciniores simus, quàm credimus? Immaginemur itaquè, hunc diem ultimum esse vitæ nostræ, adeò-*
que

que sanctè illum vivamus, *&c.* *O' Anima Sancta*, dicit Bernardus ad unam Virginem, *fuge publicum*, *fuge & ipsos domesticos*: *secede ab amicis*, *& intimis*: *Sola esto*, *ut soli amico serves te ipsam*, *quem ex omnibus tibi elegisti*. Illis præterea spiritum orationis mentalis insinuet, qua nihilum nostrum, supplicii, præmiique æternitatem agnoscimus: & quamvìs noster Cardinalis de Lauræa opuc. 2. de Oratione dicat: rigorosè de illa præceptum positivum non haberi, nihilominùs dubitare possumus omnes Ecclesiasticos, & præcipuè Regulares, & Sanctimoniales ad illam teneri quotidiè, spatio, saltèm,

dimidiæ horæ; eò quod, ut dicit Cardinalis Cajetanus; Nec nomen Religiosi; vèl Religiosæ haberi potest, absque quotidiana mentali Oratione. Docet Augustinus: *Qui verè Christianus est, non ista temporalia petere debet, sed totum pondus orationis suæ ad petendam æternam Beatitudinem debet impendere*. Reverentiam quoque Ecclesiis, Magistra, Novitiis suis inculcet: Residet enim ibi Verbum Patris sub velamine Sacrarum specierum Panis, quod in novissimo die tanquàm Justissimus Judex de omnibus malè acceptis, & præcipuè de injuriis in Ecclesia sua sibi irrogatis, ulciscetur sine personarum distinctione: dicente

cente Paulo ad Romanos : *Non est exceptio personarum apud Deum* . Confessarius igitùr dicat Novitiarum Magistræ , ut illis jubeat, modestiam servare, gravitatemque ab Ecclesia egrediendo , non quasi prophanum Theatrum salutent , aut relinquant , more quorundam utriusque sexus, & cujusvis generis secularium; quod vitium, & pessima licentia potissimè in hac Urbe cum magno hæreticorum scandalo exercetur à maribus , & fæminis , ipsas quoquè futuras proximè Christi Domini Sponsas, religiosis vestibus induendas, introducentibus . Petant hujusmodi homines , petant Viennam Austriæ, quæ an-

te Attilæ mortem: Urbis Favianæ nomen servavit; ibique quomodò in Ecclesiis commorandum sit, præcipuè Venerabili Eucharistiæ Sacramento publicæ orationi exposito, conspicient simul, & zelum quo tanti Sacristæ, & Confessarii pœnitentibus, cæterisque debitam reverentiam in Ecclesiis imponunt. Satiùs profectò esset, & animæ utilius, non longas moras in Ecclesia protrahere, nèc numerum missarum adaugère, majorem tamèn pietatem, & reverentiam oculis spectantium exhibere. In Urbe Viennensi in hoc unico rigidissimus, in cæteris Clementissimus, Imperator Noster imitans Christum

ſtum Dominum, qui ad puniendum hoc unicum ſcelus flagella iratus arripuit, nemini, ſivè ex fœminis clariori Sanguine conſpicuis, ſivè ex Miniſtris Principum extraneorum, hujuſmodi flagitium ignoſcit. Ignoſcite vos mihi, ſi zelo comportatus paulò digreſſus ſum. Curet inſupèr Magiſtra, nè Novitiæ ſint ingredientes Chorum noviſſimæ, primæ verò egredientes: terram deoſculari non erubeſcant, aut certè ſi deoſculari, ætate, aut infirmitate præpediuntur, humillimè ſaltèm ſeſe inclinent, tanquam Regi, vel Reginæ Terreſtri reverentiam facturæ; non ſicut quædam, ingrediantur,

tur, eant, redeantque, ac si rude Pastoris tectum pertransirent ! hoc enim omnimodè indevotionis argumentum est, commorationis coactæ, nullius meriti, summique demeriti indicium manifestum.

Ex voce, & ultu ipso dignoscitur Religiosa ab Ecclesia egrediens, si ex toto corde Orationi vocali, aut mentali vacavit; & de facto Sanctæ Matris supradictæ vocem tantummodò audientes spirituales filiæ, illam è Choro recentèr egressam, dicebant. *Siculi Aves aëris libertatè assueti, si Claustris includantur, sese perturbant, agitant, fugamque*

que assiduè intentant; ità mens pervaga animum incessantèr distractionibus jactans, ægrè, inquietè, cum tædio, & displicentia tempus Orationis sustinet; Unius horæ spatium integro die prolixius videtur, unico ictu Psalterium, & horarium vorare concupiscit: undè dicit Augustinus: *Conscientiam nostram videmus, alterius non videmus, sed ex operibus cognoscitur*. Illarum memoriæ repetat illud Divi Gregorii: *Valdè se sollicitat in bono opere, qui sempèr recogitat de extremo fine*; & quod sola perseverantia digna est coronari, teste meo Doctore de Balneoregio. Audi Petrum Blesensem in Job.

am-

amplificantem ultimam tepe-
ſcentis Religioſi ruinam , ait:
Vanæ cogitationes ſtatum animæ contemplantis , & ſpeculantis Deum , diſſipant , & confundunt . Undè , & unus amicorum Job. meritò vocatur *Sopar*; idèſt , diſſipatio ſpeculi . Deſideria verò carnis , quæ militant adversùs animam , nouum hominem , qui ſecundum Deum creatus eſt , omninò mortificant , ut anima totius novitatis oblita , ſolam ſapiat vetuſtatem . Undè , & ſecundus Amicus vocatur *Baldat.* , quod interpretatur , vetuſtas ſola : Animo itaquè diſſipato , & turbato in eo judicio rationis , carnis deſiderijs invaleſcentibus ,

Deum

Deum contemnere incipit. Peccator enim, cùm venerit in profundum vitiorum, contemnit. Undè tertius Amicus vocatur *Eliphas*, quod interpretaturatur contempus Dei. Iſtos amicos, aut potiùs domeſticos inimicos, Viri Religioſi, & qui viam vitæ arctionis aggreſſi ſunt, frequentèr experiuntur. Evenit enim quandoquè, ut dum aliquis contemplationi devotiùs vacat, muſcæ morituræ ſuavitatem unguenti perdant, quia vanæ cogitationes turbantes quietem contemplationis, obrepunt, et militantibus carnis deſideriis, ſuſcitant amorem ſæculi, Deiquæ contemptum. Religioſus itaquè, qui paulò

ante in Cælum desideriis anhelabat, quem inflammabat Charitas, quem Sancti Ordinis Observantia delectabat, paulatim incipit Cælestium oblivisci, cogitare, quæ mundi sunt, et contemnere quæ Dei sunt. Turbatur in eo judicium rationis, occupantur semitæ consilij, abducitur lumen cordis, refrigescit devotio, libertas spiritus evanescit, animæ vigor enervatur, sopìtur ratio, confunditur intellectus, fervor Ordinis deferuescit, sollicitat miserum, paupertatis timor, vana spes decipit, trahit ambitio, contrahitur animus, subtrahitur gratia, protrahitur spes vitæ longioris, plauditur vo-

luptas

luptas, allicit mundus, fallit ſecuritas, revocatur antiqua consuetudo, diſſimulatur lex, abjudicatur jus, fas proſcribitur, derelinquitur timor Dei dantur impudentiæ manus, & attentatur ſaltus ille Apoſtaticus, ſaltus ille ignominioſus, & turpis, de excelſo in abyſſum, de throno in ſterquilinium, de cælo in cæntrum, de Paradiſo in Infernum, de clauſtro, in ſæculum. Hòrtetur etiam Confeſſarius Magiſtram, ut novitias in gravitate, & modeſtia imbuat; ſciantq; refrenare linguas; & verum eſt quod totum hoc dependet à Divina Gratia, dicente Auguſtino:

Nullus hominum linquam domare potest, ut cum domatur, Dei misericordia, Dei adjutorio, Dei gratia fieri confereamur, ut habemus multa exempla, quod non pauci homines ipsam domarunt; illas commonefaciat, nè publicè brachia enudata ostendant, nevè dependentia, multò minùs auram captantia, ut assolent Bajuli vias pervagantes, sed adjuncta, more optimarum Religiosarum.

Illis postea quibus patientiam lineam, sudariola, subuculas dimidiatas, quasi dalmaticas, juxta loquendi modum Innocentii XI., deferre prohibetur

betur , permittat in casu infirmitatis, adhibita tamen cautela, nè à Secularibus, multò minùs à Monialibus ipsis videantur; *Si* aliqua enim ægritudinem ignoraret, aut legem sub gravi prohibentem, quæmadmodum Urbanus VIII. prohibuit nobis Reformatis, quibus tantùm in infirmorum loco supradicta concessit; & ipsa perferret ob pessimam corruptelam ab una Monialium introductam, profectò strictissimam Deo rationem pro animabus pessimo suo exemplo deperditis redditura erit; neque excusabitur ignorantia, cum sine culpa lætali proprii status legem, & præcepta igno-

 rare

rare non possit. Hoc totum valet de quovis abusu in communitatibus Religiosorum contra primum illorum Institutum introducto, qui pessimus censendus est, si contra paupertatis votum, quod facilius, & sine verecundiæ fræno, quam alia duo vota, violatur; Præcipuè autem in nostra Religione strictissimam, ut dictum est, paupertatem profitente: unde dicit noster Felix à Potestate: *ut constat in Franciscanis, qui quidem possunt, uti pane ad manducandum, at non possunt de illo disponere, alteri vendendo, donando, &c.* Quid igitur de illis, qui non uno pane, sed rebus prætiosioribus dispo-

nere

nere audent ? Si quis diversimodè sentiret, sivè circa particularia, sivè circa communia, atque etiam circa res sacras, ad Divinum Cultum spectantes etiam sponte data, consulat capita: *Exivi* 1., & 3. *Exiit*; istud in 6., illud Clementinâ; primum est Nicolai III., alterum Clementis V., insuper expositores Regulæ nostræ, judicet inde, num benè, an malè locutus sim, quoniam totius orbis Catholici ruina ab ignorantia, nimiaque laxitudine Confessariorum majori ex parte causatur: *Væ homini illi, per quem scandalum venit*, quod explicans Lyranus dicit: *Comminatio pænæ*

æternæ sibi infligendæ; Superiores igitur suos subditos ad Confessiones promoventes omninò curent, non tantum Philosophos, aut Theologos Scholasticos, sed optimos Moralistas, & Canonistas examine prævio deligere.

Et ne sicco pede supradictas Bullas, materiam necessariam Confessariis nostris Reformationum Italiæ, prætéream, verba ipsa utriusque motus proprii Urbani VIII., & Innocentio XI. afferam. In illo Urbani §. 1. sic habetur: *Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, harum tenore*

per-

perpetuo statuimus, & ordinamus, & in §. 6. demus Fratres prædicti, exceptis, in Infermeria, illis, qui induerint, patientias ex panno lineo, etiam in itinere, sub quocumque prætextu nequaquam deferant; Patientia verò ex panno laneo illi deferre possunt, qui eis loco Tunicæ uti voluerint, & in §. 7. quò circa dilectis Filiis Ministris Provincialibus, & Guardianis, aliisque superioribus, quibuscunque dictarum Provinciarum nunc, & pro tempore existentibus in Virtute Sanctæ obedientię, ac sub pæna privationis suorum Officiorum eo ipso, absque alia declaratione incurrenda committimus, & mandamus, ut præsentes nostras lite-

ras , ac omnia in ſingula in eis contenta , à Fratribus ſibi ſubditis inviolabiliter obſervari curent , & faciant , cæteris vero earundem Provinciarum Fratribus , etiam in virtute Sanctæ obedientiæ , ac ſub privatione vocis activæ , & Paſſivæ , aliiſque arbitrii noſtri pœnis , eo ipſo , ut præfertur incurrentis præcipimus &c.

In altero poſtea Innocenti , ſic legitur in §. 2. *Motu proprio, & ex certa ſcientia ac matura deliberatione noſtris , deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine , tenore præſentium declaramus , omnes , & ſingulos Fratres de corpore obſervantiæ dicti Ordinis &c.* & proſequitur : *Una Tunica cum caputio , & alia ſine caputio , chorda,*

da , & Fæmoralibus ; Nam illud quodvis vestimenti genus ultra prædicta (excepto Mantello ab initio Religionis licito) ut indusia , seu camisiæ ; sudaliola Tunicellæ , & similia , sunt contra regulam , nisi adsit vera necessitas excusans à præcepto per Prælatum approbata ; & in §. 6. cujus initium est ; *quia verò efficacius &c.* sic habetur . *Ideo statuimus pariter neminem elegi posse in Prælatum , sivè superiorem in ordine prædicto , qui vitam Communem observantiæ non sequatur , hoc est qui frequenter æquitet , seù infirmitatem , qua ab obligatione pedibus incedendi excusetur ; habeat : Qui indusiis , seu camisiis , aut lineis , utatur , apud*

apud se , vel in Lecto &c. & postea in §. 7. *porrò electio illius , qui in omnibus præmissis vitam communem non sequatur , irritanda sit à Prælato , sivè Superiore Generali capta informatione extra Judiciali , pro sua conscientia , sine stræpitu Judicii . . . . Ipsorum autem conscientiam , ne aut ille expellatur , qui vitam communem sequatur , aut ille confirmetur , qui eam non observet , oneramus .*

Prudens Confessarius verba supradictarum Bullarum benè perpendat , uniuscujusque differentiam penset , nè in Confessionibus supradicta sudariola &c. , deferentium audiendis , sibi , & pænitentibus ruinæ sit ;

con.

consideret insuper antiquæ legis correctionem, seù innovationem odiosam esse; propterea nihil in contrarium admitti posse, nisi in nova lege à novo Legislatore clarè exprimatur; neminem quoque eorum maximè, qui lege obligantur, posse legem interpretari, eò quod hujusmodi sæpissimè amoris proprii nube cęcutiant; neque observantiam Apostolicarum Constitutionum à Regularium voluntate pendere: neque contrariam Consuetudinem præscriptionem inducere valere, ante annos 40., & supposito tacito, saltem, Summi Pontificis consensu: Meminerit S. Cipriani dicentis: *excusatio*

cusatio nulla in die Judicii, &c. Totùm quod diximus roboratur, & non controvertitur, eoquia adest determinatio vivæ vocis Oraculo facta die 25. mensis Februarii præsentis anni, à præsente Summo Pontifice Benedicto XIII. ad Patrem Philippum à Seso Strictioris Observantiæ Provinciæ Romanæ qui petitam facultatem ferendi sudariola linea in itinere, ob nimiam suam pinguedinem, coram non nullis Prælatis, & signanter, coram Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Borghesio Magistro Camerario, & verba oraculi sunt: *Non è precetto di Regola, mà è Constitutione Apostolica, alla*

quale

quale non vogliamo dispenzare, sed quantum, ad paupertatem dispensavit prò itinere tantummodò; dedit illi duas subuculas laneas, & dixit: *Portate queste, come le portamo Noi*.

Hortetur tandèm Magistram, ut modum amandi Deum, proximumque Novitias suas edoceat; etenim redamare amantem, naturalis amor est Gentilibus ipsis conveniens: Amare, quod placet, amor sensibilis est, sensualitatem sæpissimè spirans, Zælotypia, & inquietudinibus exæstuans. Si benefactorem, vel quempiam amamus propter bonum speratum, propriæ utilitatis amor est: Si verò amamus, quia Deus

Deus ſic præcipit, quia eſt imago Dei, quia Frater noſter, aut Soror in Chriſto eſt, prætioſiſſimo illius Sanguine inſignitus, amor virtutis eſt. Lente rubea objecta perſpicienti cuncta apparent rubea, ita qui Deum in proximo diligit omnes proximos æqualiter, & indiſcriminatim diligit; Si igitur Novitiæ his luminibus ſorores ſuas aſpicient, omnes diligent quantumvis advenas, rixoſas, moleſtas, defectuoſas, & inquietas, immò ſpeciali benevolentia, & majoribus beneficiis adverſas, atque ingratas proſequentur. Dicit Evangelium, *Ubi eſt Theſaurus tuus, ibi & cor tuum*; Animadvertat

tat igitur Magiſtra quomodò Novitiæ ſuæ libentèr cogitationes, ſermoneſque de Deo inſtituant: Qua ſollicitudine, quæ Dei ſunt peragant: Nùm conentur magìs, magìſque Deo in dies placere: Utrum paratæ ſint cujuſcumque boni jacturam perferre, & cujuſcumque infortunij malint incommoda ſuſtinere, quàm minimam Deo inferre diſplicentiam; hoc modo nùm verè Deum diligant agnoſcentur. Certiùs amoris Dæi Teſtimonium eſt, libentèr impoſitam Chriſti Domini Crucem portare; Tunc enim multò magis meremur, quo majùs involuntarium onus, & non æquo animo ferimus, quàm auſteri-

tati-

tatibus, & carnis Macerationibus propria electione susceptis; quod si Cruces, adversitates, calumnias, infirmitates paulò diuturniores ægrè patimur, longè à Dei amore profectò aberramus, maximè verò cum Crucis amaritudinem Deus semper Spirituali dulcedine perliniat. Quàm dulcis Paradisus est (Sorores in Christo Charissimæ) Religionis status amore, pace, unanimitate, & Charitate.

RE.

REGULA TERTIA.

De Affectionibus, & Amicitiis.

AFfectiones, & Amicitiæ, vel à Confessario; vel à Pœnitentibus originem ducunt. A Confessariis quidem, qui à regulis austeritatis nimium deflectentes, quandoque ad extremam suavitatem inflectuntur, in quasdam animi expressiones prorumpentes, quibus tamquam esca igni apposita, facilè, atque etiam involunta-

rie incendium excitatur . A pænitentibus inde , quæ cum liberum conversandi aditum non habeant de facili nimio affectu erga Confessarium incenduntur , idque faciliùs in Monasteriis, aut remotioribus, aut strictioris Clausuræ , cum enim ibi extraneorum accessus rarissimi sint magnum imminet periculum, ne ad Confessarium convertantur; præcipuè minùs prudentes , & quæ in tenerrima ætate Monasterium ingressæ sunt , quæque idcircò Columbæ potiùs simplicitatem , quam serpentis prudentiam præseferunt ; attamèn id mirum non sit ; si enim ex decem Evangelii Virginibus quinque

fatuæ

fatuæ extiterunt, haud mirabimur, si in pluribus quampiam imprudentem reperimus; quo casu Confessarii est in omni actu suo prudentia præcedere.

Ulterius quo faciliùs attentis supradictis rationibus hujusmodi amicitiæ, & affectiones excitantur, eò difficiliùs latibulum inveniunt: dicit enim sapiens: *Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo?* Non ignoramus Claustrales Fæminas nihil magis, quàm Confessarii semitas perscrutiri, de illo frequentiorem sermonem protrahunt, & cum in quampiam propensiorem, promptiorem, solitioremque, aut pro-

lixiorem deprehendunt, tuba inclamant, totum Monasterium evertitur absusurratione, suspicione, detractione, diffidentia, Zelotypia, deordinationibusque. Mala hujusmodi faciliùs evenire possunt, si Confessarius sit viridioris ætatis, pænitens verò, neque ex senioribus, neque ex modestioribus Monasterii; tunc enim, quo abbundarent obtetractiones, eò magis urgeret periculum incurrendi in illam Pauli objurgationem ad Galatas: *Sic stulti estis, ut cum spiritu cæpistis, nunc carnem consummamini?* *c.*3.3

Verùm ab hoc etiam discrimine, quod horrorem sanè co-

cogitanti ingerit, præſcindendo; certum eſt Confeſſarii nomen his conſuetudinibus pænes omnium Monialium prudens judicium labefactari: experientia enim didicimus, particulares amicitias in quovis præſertim Mulierum, Conventu adverſari communi benevolentiæ, privatoque amore odium publicum excitari.

Qua igitur via prudens Confeſſarius hujuſmodi errores declinabit? Orando ſane jugiter Jeſum Chriſtum, ejuſque piiſſimam Matrem, ut eum ab hiſce affectionibus arcere dignentur; conetur interea Univerſalem ſeſe exhibere, ab omni penitùs ſingularitate,

quamvis ex bono fine, si communem oculum offendere possit, aut irritare linguas Monialium, abstinendo. Ætate florentibus gravitatem potiùs, quàm familiaritatem, exhibeat, prolixiores, inanes, & clandestinas confabulationes, tanquam consuetudinis initia, devitando; omninò autem à muneribus, sivè acceptandis, sivè elargiendis, caveat. Meminerit se totius Monasterii obtutibus, & censuris objectum esse; & ut dicit Evangelium: *Nihil occultum quod non reveletur.*

Meminerit sempèr se in foro pænitentiæ Christi Domini auctoritatem, & locum tenere, cujus Sanctitatem propterea in verbis,

verbis, operibusque imitari debet; atque ità in Dei conspectu cor liberum ab omni affectu pravo servabit; universalèm Gloriam à Monialibus, atque à Superioribus suis majoribus officiorum præmia consequetur.

REGULA QUARTA

De Scissionibus Monasterii.

QUO creditu difficiliùs, eò verius est, & viris in Monasteriis exercitatis patet, scissiones à Confessario potissi-

me originari ; sequentibus Modis .

Primò , si Confessarius particulares consuetudines enutriat ; quia , ut dictum est , ità parantur invidiæ, suspiciones , Zelotypiæ , quæ sunt discordiarum fomenta .

Secnndò, si uni parti magis quàm alteri adhæreat, enascentibus in Monasterio sectis, aut bellis intestinis . Quæ Confessarii vallo muniuntur, validius sub illius nominis vexillo decertant , & audent ; quæ verò Confessarii manu destituuntur , contra ipsum , tanquam auctorem Belli , pugnam instituunt .

Tertiò , si in regimine Monasterii

nasterii se se ingerat; sic enim, si Superioris ordinationes quibusquam Monialium displicebunt, contra semetipsum tanquam malum consiliarium, illarum odia converteret. Cætera ad pænitentiæ totum impertinentia libentèr ignorat.

Quartò tandèm, si aditum concedat iis, quæ levitate, aut odio de cæteris obloquuntur.

Hujusmodi fontibus Confessarii incuria scatere possunt in Monasteriis intestinæ discordiæ, quibus quæsita pax in clausuris, abdicato seculo, & pompis ejus, perturbatur.

Confessarius igitùr sit communis Pater, cunctas suas filias

lias ſpirituales in exiſtimatione habeat, ijs opem ferat, & illas æquali cura ad perfectionem dirigat; non ætatem, non officium, non ſtatum ſpectet; ex converſis enim humilioris officij reperiet, ut reperi, ad ſublimiores Religioſæ perfectionis gradus aptas, id circò nequaquàm ſine ope derelinquendas.

In quovis Monaſterij eventu indifferens ſit, neutri parti adhærens; exiſtimationem quippè hac æqualitate apud omnes conſequetur, & diſcordiarum fluctus, ſi inſurgerent componere aliter non poterit. Si ab illo Abatiſſa conſilium petet, illud clàm porrigat, ne verbum quidem cum cæteris faciens; hoc

modo

modo quærimoniis poterit, Abatiſſam juſtificando , ſubditas demulcendo , illaſque ad obedientiam efficacitèr hortando obviam ire; Quod ſi conſilium cæteris patebit ; in vanum laborabit , aerem verberabit ; Omnia quæ verba ejus ſiniſtra interpretatione evaneſcent. Hac de re cum pro acceptatione educandæ , aut Novitiæ, multò magis prò electione Abatiſſæ , dantur ſuffragia , neminem protegat , ſed vocalibus totalem libertatem concedat ; Eas tantummodò hortando, ut ſemota omni particulari paſſione , unicè majorem Dei gloriam , juſtitiam diſtributivam , & commune bonum intueantur

nè conſcientiæ ſuæ detrimentum incurrant, & apud Deum, qui dicit: *Scutabor Hyeruſalem in lucernis*; Accuſabiles fiant; Etenim hoc diabolicarum paſſionum igne regularis diſciplina in Monaſteriis, & Univerſa Catholica Eccleſia, ferè penitùs extinguitur. Hoc modo confuſionem, in quam plurimi secùs agentes, inciderunt, evitabit.

Libentèr res Monaſterii ignoret, ut diximus, quod ſi ſibi deferantur, tanquam ad ſe non ſpectantes, aſpernatur; Optimum tamen erit eas in cordis latebris ſervare, nunquam, niſi ordinario ſuſcitante, proferendo; atque ita, ſi in foro

Sacramentali Monasterii negotia sibi pandentur, Majori libertate, & utilitate proximi poterit sermonem de illis instituere; sic enim monita ejus acceptabilia erunt, & citra suspicionem cognitionis aliundè, quàm in Sacramento comparatæ, loqui videbitur.

Tandem Zizaniarum seminatricibus in agro Jesu Christi, scissuras videlicèt, inter Moniales seminantibus, earumque malis delationibus aditum præcludat illa proverbiorum sententia: *Sex sunt, quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima ejus*: Hoc septimum est: *Qui seminat inter Fratres* (dicemus nos inter Sorores) *di-*

discordias; Propterea bonam existimationem, quam de quapiam conceperat, nunquam minuat; Mulier enim duræ cervicis est, & si passionibus efferveat, res extremum in modum amplificat, Invidia, & livore obcæcata putat videre, quæ non videt, & obsurdescens, quæ non audit, audire. Hujusmodi igitùr imperet Confessarius trabes ab oculis propriis ervere, non festucas ab alienis eiicere, ut propriam, communemque pacem conservent; non idcircò accessum ad Superiores prohibeat, si impiam verè deordinatè viventem agnoscant; excusantur quippè ab obligatione Evange-
lica

lica commonendi, quando præcipuè prudentèr judicant, futuras inutiles, immò insalubres commonitiones; Idque solum, ut superior evigilare possit, & sensìm malis providere, originem notitiæ omnino occultando. Atque utinam sic esset; Quoniam Claustrales à vivendi licentia, & tortuositate abstinerent. Curet unanimitatem Monialium cum Abatissa humili subjectione: Atque invicem inter semetipsas Charitatem, servare; efficacitèr illis suadendo, Deum esse ubi pax est; Dæmonem verò ubi scissuræ; nec unquam unione cum Cælesti Sponso, sine mutua inter ipsas unanimitate, frui.

REGULA QUINTA.

De Prolixitate Confessionis.

IN quibusdam Monasteriis Moniales quædam minùs prudentes, & indiscretæ, horas integras mane, quo Eucharistiam sumpturæ sunt, consumant, nimiaque mora, & prolixitate cæterarum patientiam irritant, quæ propterea conceptam contritionem, & cordis pietatem perdunt; internè de Pænitente illa, multò magis de Confessario, qui im-

imprudentèr illam non dimittit, obmurmurant; quædam vero ob temporis defectum, aut Comunionem relinquunt, aut ad illam ſine reconciliatione prævia, cum animi titubatione, & periculo indignè ſumendi, accedunt: Quædam verò feſtinantèr ob temporis anguſtias confitentur; undè à Sacra Synaxi Spiritualis enutritionis fructum non deguſtant, omnes denique incommodum patiuntur, eò quod elabente jam meridie, Miſſæ initium, & Communionis Monialium non datur, non ſine temporali, ac Spirituali detrimento, eò quod plures Divinis Officiis, atque exercitatio-

nibus ab obedientia impositis deesse necesse sit.

Prudens Confessarius optimè noscens prolixitatem Confessionum mala supradicta parere, efficacitèr provideat hujusmodi indiscretas pænitentes ad discretam brevitatem impellendo, eò quod Confessionis bonitas à dolore magis, quàm à multiloquio pendeat; & melius confitemur nuda peccata aperiendo, quàm verbis, atque excusationibus integendo; etenim Confessio non est historiæ recitatio; Neque in foro pænitentiæ debet pænitens se se excusare, sed semetipsum tantum, non alios, incusare.

Si

Si hoc totum frustraneum esset, maximè scrupulosis, ut plurimum propriæ opinionis tenacibus, rationisque incapacibus, Confessarius proprio incommodo non pareat, ut publicæ utilitati consulat curando, ut pridiè confiteantur; Quod si hoc non obstante eodem mane, quo Communionem sumere intendunt eadem prolixitate confiteri vellent, Communionem iis ad sequentem diem differat; Neque enim par est, ut duarum, vel trium culpa, tota Communitas incommodum patiatur; & si in voluntate communicandi una cum aliis persisterent, tunc Confessarius hac de re cum

Superiore verbum faciat, ut illius authoritate contumaciæ provideatur.

REGULA SEXTA.

De Frequentatione Communionis.

NOn ignoramus in Euchariſtiæ Sacramento mannã figurari, ad quod jus habent omnes animæ, quæ ab Ægypto ſæculi ereptæ Clauſtralia deſerta colunt, ut liberius ad promiſſionis Terram perveniant; undè non ſicut cæteris ſine

sinè injuria istis denegaretur; Multò magis quoniam decretum quotidianæ Communionis emanatum die 12. Februarii 1679. à fel. rec. Innoc. XI., Remittitur prudentiæ Confessariorum, qui meminisse debent se fideles servos esse: *Fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore*; Confessarius igitùr hujusce electorum frumenti Dominus non est, sed servus, Minister, & dispensator, propterea dispensando, non debet quasi Dominus dare pro libito, & negare quibus vult, sed fidelitèr illud dispensare: *Fidelis, & Prudens*: Fidelis pro

meritis petentis : *Hic jam quæritur inter dispensatores , ut Fidelis quis inveniatur* . Prudens verò perfectionem , & dispositiones subjecti scrutetur , quas à desiderio suscipiendi , & à fructu susceptionis agnoscet ; Si scilicèt , quotidiè in virtutibus proficiet ; Hoc modo piç voluntati supradicti Summi Pontificis obsequetur.

Cæterùm universaliter , loquendo , . Confessarius super Consuetudines Monasterii nihil innovet , & si optimum duceret majorem frequentiam Sacræ Communionis inducere , confugiat primò ad luminum Patrem , consulat indè sapientes Sacerdotes , ne majorem fre-

frequentiam hujus Sacramenti, quod Augustinus: *Pacem Concordiæ appellat*, introducere contendens, bellum Monasterio indiceret, ut sæpius contingit: anhelantibus enim ætate floridioribus majorem Communionis frequentiam, senioribus è contra pugnantibus pro antiqua consuetudine, Schisma exortum est. Specialiter Confessarius in concessione Communionis singularitates præcaveat, neque propensioni, aut genio indulgeat; Credat etiam usu Sacramentorum, particularibus indumentis, publicisque pœnitentiis, præsertim inter Fæminas, sensim parari viam diabolo, invidiæ,

æmulationi, & vanæ gloriæ; nec omnes ad desiderium majoris perfectionis, & Sacram Communionem sumendam bono spiritu incitari; Quod facilè prænoscet à promptitudine, & alacritate obedientiæ, quando hujusmodi pietatis exercitia illis proibuèrit, quæmadmodùm prohibere quandoque debet, ad exercitium obedientiæ, quæ æquè ac humilitas cæterarum virtutum, fundamentum est; Quod si utraque obedientiæ, ac humilitatis Virtus ad quamcumque etiam minimam Abbatissæ, & Confessarii jussionem, cæco more non exercebitur, nullius veri Spiritus personam indicabit.

REGULA SEPTIMA.

De Ritu agnoſcendi Apparitiones, & Viſiones, ſi ſint à Deo vel à Diabolo.

SOlitus eſt Deus puris creaturis) ut excipiam Chriſtum Dominum) quæ ſunt totalitèr disjunctæ à Mundo, & concupiſcentia ejus, conſolationem adhibere cum Apparitionibus, & Revelationibus immediatè factis ab ipſo; Siquidèm poteſt Deus humano modo, ſicut alius Homo loqui cum

cum prædictis, sensibilitèr apparendo in forma Hominis, vel non apparendo; sed tantùm formando vocem, dicens res occultas, & futura, ex eò quia illud quod potest facere per Angelum, vel per suum Verbum, aut Creaturam beatam diverso modo apparendo potest etiam facere per se ipsum immediatè, ut docet Sanctus Cyprianus de Cæcilio, & isto modo dicitur: Visio corporalis, quæ per oculos, & sensus exteriores habetur. Totum hoc probari potest non paucis exemplis *Sacræ Scripturæ*, & Monumentis à *Sancta* Romana Ecclesia approbatis, signanter illis, quæ leguntur

in

in Vita S. Joannis de Matha, in cujus die, hæc Opera, de Lingua Materna, composita in Latino Idiomate, ad instar Mandati, Eminentissimi, & Clementissimi Patroni incepta fuit; Sed utrum Deus permisit se videre à suis Creaturis, in sua essentia sicuti est, pendet ab illa controversia, quam nos habemus cum Thomistis, in qua disputatione negativam partem tenemus, ut docet noster subtilissimus Magister. Revelationes quæ per sensum internum in immaginatione fiunt, vocantur Revelationes spirituales, & Revelationes, quæ solo intellectu percipiuntur, vocantur: Revelationes Intellectuales.

Pru-

Prudens Confeſſarius, ſi uno, vel pluribus, ex ſupranominatis modis occurret, quod ad ſuas Moniales aliquid occultum, & futurum revelatum fuerit; ne erret, tria debet examinare, videlicèt: Rem revelatam, circumſtantiam Revelationis; & qualis ſit vita, quales Mores, & quæ Sanctitas illius, cui facta eſt Revelatio, ut advertunt graviſſimi Doctores, quos cumulat Pignatellus; Ideò pro ſua faciliori intelligentia appono ſequentia exempla, & poſtea de Viſionibus aliquid dicemus.

Revelatio erit à Deo, vel ab Angelo bono, ſi nihil contrarium Divinæ Legi contineat:

Dæ-

Dæmoniaca , si immediatè, vel mediatè illam solvat .

Si Revelatio dirigit Gloriam Dei , erit à Deo ; secùs si ad plausus Mundanos, & Gloriam humanam .

Si ìs , cui fit Apparitio, & Revelatio in principio timeat , deindè confortetur , & consolatione perfundatur , & illuminetur; Revelatio erit bona, secùs si è contra .

Si Humilitas magis , atque magis remanet in ea , quæ Revelationem habet , erit à Deo , secùs si illa inflatur per inanem Gloriam , & complacentiam .

Si illi , cui proponitur Revelatio , magnus Applausus fiat à Populo , dubitandum magnoperè

perè est, an sit à Deo, nam Jeremias dicit: *Prophetæ prophetabantur Mendacium, & Sacerdotes applaudebant manibus suis, & Populus meus dixit alia*; Similes casus in hac tempestate faciliùs videmus occurrere propter finem turpem, & particularem, qui postea, infallibilitèr terminare videntur in gravissimum scandalum, vel saltem in irrisionem.

Si à Magnatibus, & Principibus honorentur; & ipsi, quibus Revelationes dicantur factæ, Mensis, & Epulis eorum delectentur, non est signum bonum, nam Propheta Baal in Mensa Jezabel comedebat in primo loco, Elias verò in

maximis

maximis periculis versabatur, & cum fame conflictabatur.

Si his Revelationibus dignati, præmia, munera, pæcunias, vel alia corporalia, à divitibus, & Magistratibus recipiant, malum est signum, dicente Isaia: *Speculatores ejus cæci Omnes. Omnes in viam suam declinaverunt, unusquisque ad Avaritiam suam.*

Si illa, cui Revelatio facta est, eam sub silentio custodit, de ea non discurrendo, nisi ex mandato, aut Consilio sui Confessarii, à cujus ore, nutuque pendère debet, creditur quod sit à Deo, secùs si eam ubique decantat. Si ea, quæ in Revelatione tradita sunt,

ſunt, miraculis confirmantur, erit à Deo, ſicut ſi Revelatio, & Eventus ſuccedat, & verificetur cum circumſtantiis prenunciatis.

Si Revelatio, ſeù Apparitio non ſit contra ordinationem Naturæ, ut fit in furioſis, & obreptitiis, credenda eſt à Deo, ſecùs ſi cum inordinatione.

Si Revelatio aliquid contineat, vel doceat, quod offendat Modeſtiam, & Caſtitatem, aut Puritatem vitæ, erit dæmoniaca, non autem à Deo, vel ab Angelo bono, ut vidi Anno 1721. Non pauci, præſentibus Magiſtris Spiritualibus, à Sancto Officio Juridicem

dicem correpti , ubi votum meum dedi.

Revelationes factæ pueris, vel Mulieribus, suspectæ credendæ, ac multo examine virorum Prudentium, indigent, ut docet Carena de Sancto Officio.

Tandem, si mores, dicta, & facta istorum, quibus Revelationes fiunt, Sanctitate non fulgeant, paritèr est signum malum, cum nos Jesus Christus monuerit his verbis: *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecùs autem sunt Lupi rapaces, à fructibus eorum cognoscetis eos*; Quamvis aliquando Deus permittat etiam

malis donum Prophetiæ dari, quales fuerunt Saul, Balaam, Judas Iſcariotes, Sybillæ, Caiphas, & plures alii, qui prophetaverunt, & tamen damnati ſunt, ut legitur in Evangelio, & alibi, propter hoc dicit Cornelius à Lapide. *Non autem ſi quis Prophetat, Propheta dicitur, ſicut neque omnis, qui Medicinam præſtat, Medicus eſt, neque Juſtus, Juſtum quodam faciens, ſed qui juſtè facit, Juxtà illud: Juſtò quod injuſtum eſt, perſequeris*; Nihilominùs ut plurimum Revelationes à Deo fiunt ſervis ſuis, & Viris Sanctis, ut fusè (Deo dante) manifeſto in prima parte c. xv. jam
ter.

terminata , cujusdam Libri, cui Titulum dedimus : *Enchyridium Episcoporum, aliorumque jurisdictionem quasi Episcopalem exercentium.* Ubi, etiam, disertis locis , & verbis diximus Episcopalem ordinem non esse distinctum ab ordine Sacerdotali , sed esse tantùm gradum per extensionem Ordinis *S*acerdotalis , magis perfectum in Episcopo ; & Regularem facto Episcopo remanere liberum à jugo suæ Regulæ solùm tantùm de illa , quæ officio Pontificali repugnat ; & quod Episco. lis authoritas considerare debet illa verba expressa in Concilio Tridentino , nempè: *Salva tamen in omnibus Apostolicæ*

Sedis authoritate, eò quia, Episcopi in partem sunt electi sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis, ac multa alia, quæ Deo dante videntur.

Res revelata aliquando continet sensum expressum, aliquando verò obscurum, & in Ænigmate. Primo, & Secundo modo factæ sunt omnes Revelationes tàm in veteri, quàm in novo Testamento, ut de Promissionibus factis Abramo, Jacobo, Moysi, & aliis de Terra Promissionis concedenda Israeliticæ Genti. De Punitione danda Æli Sacerdoti ob malè educaros filios, & de aliis pluribus in Testamento

to veteri ; pro ut etiam in novo, quando manifestata est Nativitas Joannis Baptistæ ; Incarnatio Filii Dei , Admonitus Joseph , quod Beata , & Immaculata Virgo gravida esset Virtute Spiritus Sancti ; quod fugeret in Ægyptum , & postea reverteretur in Terram Israel , & de aliis , quos brevitatis Gratia relinquo.

Obscurè verò , & in Enigmate fuerunt , quando Deus apparuit Moysi in Rubro , significabat enim in enigmate tùm Divinitatem , & Humanitatem Christi , tùm Virginitatem illibatam Matris Ejus , ut canit Ecclesia Ortodoxa . Quando Picerna Regis Ægypti , &

Pictor habuerunt somnia in carcere à Joseph ibi interpretata. Quando Deus jussit Eliæ Prophetæ, ut scinderet Pallium suum novum: & daret eum decem scissuris Jeroboam. Quando Isaias multa de futuro Messia dixit, prout in toto ejus Libro, ac plurimùm in aliis Prophetis; & etiam in novo Testamento, præcipuè quando Divo Petro esurienti, atque oranti, ostensum est linteum magnum Missum de Cœlo, & quando Joanni, manenti in Patmos revelata fuit tota Apocalypsis, de qua, intelligentia non habetur completa, usque ad Adventum Antichristi, & finem Mundi, ut Scriptura testatur.

Et

Et quia Visiones, & apparitiones non possunt rectè agnosci, sine assidua lectione Sacræ Scripturæ, & intelligentiam explanare, & concordare ipsam (ut largiùs videbimus, Deo volente in secunda parte prædicti Enchyridii, eo quia in tertia, seù finali de Lege Canonica, Civili, & Criminali tractamus) pertinet ad Sanctos Patres, ideò existimavi breviter dare Regulam ad Confessarium prudentem, ipsos legentes, nempè.

QUANDO; Hoc est, quò sæculo, quò Anno, quò Tempore, & quòve Sedente Romano Pontifice scripsit ille, cujus scripta legit Sanctus Ec-

clesiæ Pater; Id enim, si diligenter observet, deprehendet sæpè, non in hæresim lapsum fabulantur, vel calumniantur Hæretici.

QUA ÆTATE, An videlicet Juvenis esset, dum scriberet, an virili ætate, vel senili. Testes sunt omni exceptione Majores duo Sancti Augustini retractationum Libri; Unde est quod Bellarminus sapienter dicat: *Quam aliter sapiat Augustinus senex, quam Augustinus juvenis*.

SCRIBENDI. Causam, & qua occasione, scripserint interdum SS. Patres ut genuinum illorum attingat sensum.

QUOMODO: An per modum

dum concionantis, vel per modum Viri ſimpliciter loquèntis, Quia ut obſervat Vincentius Lirynenſis, verba a SS. Patribus concionando prolata non ſunt in rigore ſempèr intelligenda; ſed interdum tanquam ex zelo quodam, & hyperbolicè dicta.

Si dura, vel antiqua Patrum dicta reperiat, caveat, ne corrigat, hoc eſt, quando reperiuntur SS. Patrum locutiones, aliquæ duriores, nec ampliùs in Eccleſia uſu receptæ hodie, caveat, ne corrigat illas, ut mutet, vel in uſum trahat, ſed benignè, & reverenter exponat: Non corrigat, aut mutet, quia hoc non eſſet Patres

inter-

interrogare, ſed docere, quod non licet.

Si quid obſcurum, vel fidei non ſatis congruum inveniat in aliquo Patris Eccleſiæ textu, explicet per ea, quæ clariùs dixerit in alio.

In vertendis, vel interpretandis Sanctorum Patrum ſcriptis, non tàm ad verba, quàm ad ſenſum attendat.

Si duos, vel plures interdum *SS.* Patres oppoſita ſentire videat, ità ut unus neget, quod alter affirmat, neutrum increpet, vel damnet; ſed ſingulorum Catholicæ mentis intentionem excuſet, & Dei Providentiam adoret, quæ ſic eos inter sè opponi fortè ſinit, ut ſic

ex

ex oppositarum opinionum conflictu ervatur, & elucescat veritas. Sicut hodie disputat schola, cum schola, nempè. Thomista, cum Nostra, Doctor cum Doctore, Theologus cum Theologo, Catholici licet hi omnes & pro fide Catholica mori parati singuli; ex eo quia in rebus, quod non sunt dè fide certè, datur locus opinioni.

His regulis ità positis, atque prævisis, sciat insuper SS. Ecclesiæ Patribus, quorum Scripta laudantur in Ecclesia, in tres classes posse distribui, quarum prima sit eorum, qui Apostolicis, aut immediatè proximis floruere temporibus usque ad Sanctum Hirenæum.

Secun-

Secunda, qui post Apostolica tempora, usque ad Vigilium Romanum Pontificem, qui assumptus fuit in Trono Petri Kalendis Maii Anno ab Homine reparato 535., & sedit partim Romæ, partim alibi Annis 17. M. 6. diebus 26. tempore quo fuit inceptum Concilium II. Constantinop. & V. œcumen, ubi declaratum fuit, Beatam Virginem Theotochos dici, idest quæ Deum, & Hominem suo partu eddidisset.

RE-

REGULA OCTAVA.

De Confessariis Extraordinariis.

TOt Annorum cursu paucos reperi Confessarios ordinarios, qui præsentes Regulas non sint transgressi, non solum quando ab Episcopis, mittuntur Confessarii extraordinarii, exeoquia Conc. Trid. loquitur demonstrativè, dicendo: *Bis, vel ter in Anno*, non autem restrictivè, & cum ita disponat ad favorem Monialium, talis dispositio tanquam

quam favorabilis eſt amplè interpretanda: adeòut plures concedunt Confeſſarium extraordinarium, aliquibus Monialibus illum petentibus, quando ſubſit juxta cauſa, ex eo quia facilè Moniales (ut ſuò loco dicimus) incidere poſſunt in diffidentiam cum ordinario Sacerdote, & ſubiudè retinere peccata, vel ſe ſubtrahere à frequentia Sacramentorum, ideò concedere expediat quieti conſcientiarum earum Monialium, ut contra Gavantum relatum à Lezana diffusè probat Bordonus noſter, Cotonius, & Diana coordinat. *Tom. 7. Tract. 1. reſol.* 348., *exiſtente in veteri part. 6. tract.* 8. *reſol.* 28.

Sed

Sed quando, etiam, advenientibus tribus Annis temporibus, quibus solent Monialibus Confessarii extraordinarii concedi, ordinarius his scilicet, qui ad omnium Monialium Confessiones destinatur, & cujns Gratia extraordinarius conceditur, operam navat, ne hujusmodi Confessarii extraordinarii petantur, frivolo prætextu, & falsis rationibus superfluitatis, expensarum inutilium, atque etiam non levis detrimenti spiritualis, quasi quod confidentia cum Ordinario, ac via deperdatur, & Monialium Conscientiæ peregrinis Doctrinis laxioribus, aut rigidioribus illaqucentur. Quando postea

ſtea inevitabilem præſentiunt extraordinarii acceſſum, attentis inſtantiis Monialium, aut voluntate Epiſcopi, ei facultate conceſſa à dicto Sac. Concil. Trid. dicente: *Præter ordinarium Confeſſorem, alius extraordinarius ab Epiſcopo, & aliis Superioribus bis, aut ter in Anno afferatur, qui omnes Confeſſiones audire debeat*. Epiſcopus tenetur offerre extraordinarios, ut præſcripſit dicta Sacr. Congr. die 2. Junii 1658. eo tempore, quo ad inſtantiam Monialium Sanctæ Claræ fuerunt propoſita dubia in dicta 18. Gregoriana Bulla. Ordinariùs ut plurimum, apprehenſionibus, umbris, & timoribus per-

percellitur, quod evenire etiam solet quibusdam Confessariis, cum illorum pænitentes apud alios confitentur; Nostro igitùr casu ordinarius Confessarius quibusdam suadere conatur, sufficere sese extraordinario pro benedictione præsentari absque eoquod illi confiteantur; aliis mandat contemplari accedentes ad extraordinarium, maximè verò diutiùs apud illum morantes; & quantum potest conatur, & ipse Confessiones Monialium audire, quandò deberet abesse, aut certè curare, saltèm, ut omnes liberè ad extraordinarium accederent, & confiterentur, dicente prædicto

Concilio : *Qui omnes Confessiones audire debeat* ; non autèm, ut Monasterii Superior , quantocitiùs , & ante tempus facultatem secedendi faciat extraordinario pretextu operis completi , & inutilitatis more vulterioris .

Peracto extraordinarii tempore , ordinarius torvis luminibus , quas ad extraordinarium accessisse novit , intuetur , & tanquàm cum extraneis, & diffidentibus agit , maximè cum illis , quas in petitione extraordinarii partem habuisse suspicatur . Hinc est , quod prudentissimè nonnulli Episcopi mittentes extraordinarios Confessarios ad Moniales , aliam ratio-

rationem non assignant præter facultatem Concilii supra expressam, non autèm Monialium instantiam, ut ab omni subjectione ordinarii liberentur; Hanc eandem rationem servant mittentes pro Spiritualibus exercitationibus ante Sacram Vestitionem, & professionem ad normam Decreti Innocentii XI. confirmati à Clemente XI. in ante dicta Litera Pastorali.

Quid ergò dicet quicumque noverit, & ego expertus sum in quibusdam Monasteriis hujusmodi imprudentiæ excessus? Undenam quæsò tanta extraordinariis alienatio? Tot præcautiones? Tot suspiciones? Totque explorationes? Hæc

timoris indicia ſunt manifeſta; Verùm ad quid formidare ? Hic timor ex parte extraordinarii, qui, ut plurimùm, eſt homo novus non cognitus, neque cognoſcens, ideò fundamentum habere non poteſt; ergo originem habet in ipſo Confeſſario ordinario formidante, ne viæ ſuæ tortuoſæ, & inflexæ cæteris pateant; *Nàm qui malè agit, odit lucem*. Verùm quidquid de hoc ſit; hoc unum aſſero, quod ſi Confeſſarii extraordinarii, inutiles forent, Sacrum Concilium Tridentinum ex ſapientioribus, & prudentioribus viris conflatum, nunquàm decretum illud emanaſſet, ultraquàmquòd

expe-

experientia edoctus tot annorum, quot pænes dictæ Recordationis Cardinalem Piazza explevi, cum veritate affirmare possum, quod quantumvis sit exemplaritas Monasterii, nunquàm ad illud extraordinarius inutilitèr accedet, undè vanum est dicere Monasterium meum extraordinario non eget; Quomodò enim id scire possumus? Numquid aliorum cordium scrutatores sumus? Nimirùm profectò præsumit, qui in nullo se putat deficere, en valdè Confessarius ille decipitur, qui putat in universa mulierum communitate plena sibi omnium confidentiam devinxisse; Nonnulla enim longo tem-

poris ductu in latebris cordis servabit, confiteri erubescens ordinario, defectus, vel leves, quos confitebitur extraordinario, quem non cognoscit, nec cui cognita est. Heù qnanto plus virili corde, cor Mulieris claustralis impenetrabile sese reddit!

Igitùr nusquam magis, quàm in casu nostro, Virtus, Zelus, & Prudentia Confessarii patebit; quare advenientibus temporibus consuetis pro Extraordinariis, illemet Monasterii Superiorem moneat, ut instantiam prò extraordinario faciat, aspernendo dicterias quarundam quæ fortè extraordinario plus cæteris indigebunt, licèt assentationis

tationis gratia alitèr fingant. Quando postea Extraordinarium accessurum noverit, hilarem, sese ostendat, Monialibusque suadeat, ut eum plenissima libertate ad illum accedant, ità intentionem Concilii, & Episcoporum satisfacturis. Scio plures Cardinales, sivè Episcopos, scientia, & pietate conspicuos, in hac re tàm magni momenti ità constantèr evigilasse, ut non solùm statutis temporibus, motu proprio, & sine instantia prævia extraordinarios misisse; Verùm etiam sub pœna suspensionis præcepisse ordinariis, ne tali tempore ad Monasterium accederent, neve scriberent,

aut nuncios mitterent, & hoc totum futurum eſt, benè, ac ſapientèr, ut Religioſis Monialibus intactam libertatem confitendi ſervarent.

Verùm etiam ſi nulla comminaretur pœna, adhuc Confeſſarius prudens abſit à Monaſterio, nec ſcribat, neq; mittat aliquem, durante tempore extraordinarii, multò minus poſtea ſcire curet, quænam confeſſæ ſint, immò non pingeat illum gratias referre extraordinario, eoquod proprios defectus compenſaverit. Si ità ſe geret, partes Patris Spiritualis, Virique prudentis implebit: Mentem Concilii proſequetur, Juſtitiam apud Epiſcopum conſequetur,

quetur, & tandèm, commune Monasterii bonum promovebit.

In ista Regula existimo addere quid erit faciendum à Confessario sivè ordinario, sivè extraordinario, cum Monialis in Confessione se accusabit de casu, non notorio, reservato, Sedi Apostolicæ, tùm in corpore juris, tùm in Bulla Cænæ Domini, ac alii post Concilium Tridentinum, per Summos Pontifices sibi specialitèr reservati, extra Urbem, & ab illis tribus, infra Urbem, reservatis, per Clementem XI., ac ab illis reservatis per Benedictum XIII., felicitèr regnantem, in Bulla, quæ incipit: *Ex*

Ex quo : Emanata Sexto idus Junii 1725. , in qua videtur confirmare , declarare, ac exponere , & extendere Gregorianam Bullam, de Immunitate Ecclesiastica ; vel Episcopo, tàm de Jure , quàm per Edictum , & per Constitutiones Synodales , aut Superiori Regulari , Monasterium Regularibus subjectum , & protestatur cum eòdem Confessario se nolle sub quo vis pretextu, ut ipse accedat ad Superiorem, ad petendam facultatem eam absolvendi , quia ob justa motiva timet infamare totum Monasterium , ac se ipsam . Casus sane difficilis , cujus resolutionem etiam Doctissimi Homines

mines dare formidabunt, ut patebit legenti Pellizzarium *Tract. de Monialibus cap.* 10. *num.* 283. Nihilominùs quando verè urgent argumenta manifestationis, seù cognitionis personæ pænitentis, & scandalorum, per accessum Confessarii ad Superiores, in tali casu, ipse Confessarius absolvat prædictam Monialem; imò non est dicendum, quod Confessarius absolvat, sed quod ipse Deus absolvit, ex eo quia Deus non præcepit (ut docet Eminentiss. de Lauræa) Cum periculo infamiæ Confessionem peccatorum, sed tantummodò confessionem Fidei; Ultraquamquod, tamquam impeditam,

& non

& non habentem aditum ad Superiores, absolvi posse ab ipso Confessario, testantur innumeri gravissimi Theologi, ac Doctores; videlicet: Thomas Tamburinus, Sanchez, Diana, Gobbatus, Reginaldus, & Collegium Salmaticen. de Censuris *Tract.* 10. *cap.* 2. *nu.* 63., *&* 64. *Cap. Nuper* 29. *de Sentent. Excomm.* Sic loquens: *Verùm si difficile sit ex aliqua justa causa, quod ad ipsum excommunicatorem absolvendus accedat, concedimus indulgendo, ut prædicta, juxta formam Ecclesiæ, cautione, quod excommunicatoris mandato parebit, à suo absolvatur Episcopo, vel proprio Sacerdote, ubi Glossa explicat:*

explicat: sic ergo simplex Sacer-*dos potest absolvere*; Et per hoc salvatur decretum Concilii Tridentini, quod extra Mortis Articulum Sacerdotes nihil possunt à casibus reservatis absolvere, & Decretum Sacræ Congregationis emanatum jussu Clementis VIII. die 9. Januarii 1601. in quo ablata videtur omnibus Confessariis inferioribus facultas absolvendi à reservatis, nisi in mortis articulo, quod non est idem cum periculo Mortis.

Addo etiam cum Mazuchello, & dico, quod Reservatio est duplex, alia nempè, ob bonam Ecclesiæ gubernationem, & alia quæ à Superiore imponitur

nitur ad inducendam observantiam alicujus Legis. Si reservatio sit primi generis, incurritur etiam si delinquens ignorat tale peccatum esse reservatum; at contra si reservatio sit secundi generis; ignorantia excusat ab illa incurrenda. Si simplex Confessarius absolvit peccatum reservatum commissum à Pænitente cum gravi culpa interna, & levi culpa externa, non peccat, nec incurrit in censuram, nisi reservatio est propter peccatum hæresis. Gregor. XIII. Const. *Officij nostri* 37.

Regulares Mendicantes, etiam Societatis Jesu, & Cistercienses postquam fuerunt approbati ad audiendam Confessionem sa-

sacramentalem ab Ordinario loci, audiunt ipsam, non per Papæ facultatem, ut antiquitùs erat, sed per Ordinarium prædictum, & alitèr dicere, est doctrina injuriosa Bullæ Vrbani VIII. quæ incipit: *Cum sicut accepimus*. 92., *& de facto* in const. Sancti Pii V. *Romanus* 133. observantur præcisa verba; *Ab Episcopo autèm successore, prò maiori conscientiæ suæ quiete, examinari de novo poterunt*; & in *Bulla* Clementis VIII. *Superna*. 2. datur facultas Ordinarijs posse Confessarios Regulares suspendere, nova causa super veniente, etiam non pertinente ad administrationem hujus Sacramenti, ut legen-
ti

ti patebit §. 5. & 6.; nec ivat super hoc adducere Privilegia confirmata per Benedict. XIII. felicitèr regnantem, ex eo quia, in ista confir. leguntur præcisa verba: *Dummodò sint in usu & non sunt contraria &c.*, eò magis quod Privilegia quæ tendunt in diminutionem authoritatis Episcopi debent strictè interpretari, *Gloss. in cap. Abbates: 3. de Privileg. in 6.*, & quod hìc debemus sequi opinionem tutiorem.

Confessarius non approbatus, vel non habens facultatem absolvendi à casibus reservatis, si scientèr absolvat Pænitentem; Confessio est irrita, & nulla; Nec valet titu-

titulus coloratus, & bona fides, ut asserit decretum dicti Urbani datum die 17. Novembris 1628., & dubium VIII. factum in dicta Const. *Inscrutabilis* 18. Gregorii XV., & ita declaratum fuit à Sacra Congregat., in una Paduana, teste Clericato de Sacramento Pœnitentiæ.

Superiores locales non possunt sibi eligere Confessarium, non approbatum à Generali, vel ab aliquo Provinciali sui Ordinis; Imò nequè Episcopi, aùt Cardinales, in aliena Diœcesi possunt confiteri cum Sacerdote non approbato ab aliquo Ordinario, non obstante *cap. Si Episcopus* 16. *de cen. &*

excom., *& cap. Ne pro dilatione : de Pœnit.*, *& Remiss. in* 6. *cum Gloss.*, & totum hoc fuit declaratum à *S*acra Congreg. die 3. Octobris 1609. & approbatum à Gregorio XIII., teste Fagnano.

Regulares Confessarii sunt approbandi, in eorum Provinciis juxta Const. Clementis supradicti *Nullus* 60., sub pœna privationis *S*uperioritatis, ut legenti §. 28. patet. Possunt prædicti Superiores determinare pœnitentias dandas prò peccatis: & Confessarii absolvere à reservatis prò prima vice, petita, & non obtenta facultate à suo *S*uperiore, juxta declarationes Urbani, in dicta

cta constit. *Sanctissimus*, circa finem prædictæ constit.; & facultas absolvendi à reservatis intelligitur *Activè*, *&* *Passivè*, nisi Superior alitèr se declarat. Confessarii approbati modo, ut supra, tempore Congregationis, aut capituli Provincialis, possunt in omnibus Provinciis suæ Religionis administrare Sacramentum Pænitentiæ, absque alia facultate. Regulares non lucrantur Indulgentiam, seù Jubileum, nisi peccatorum suorum, confessionem faciant cùm Sacerdote, approbato à suo Superiore, & ab Ordinario loci, quia nomine Ordinarii, non veniunt Superiores Regulares, ut statuit

tuit supradictus Clemens VIII. const. *Quemcumque* 115., Nec possunt Prælati, & Confessarii Regulares, non approbati ab Episcopo Diæcesano, audire confessiones Secularium, qui sunt veri commensales continui, quando in illis Monasteriis non viuunt juxta Regularia instituta, ut patebit legenti §. 4. dictæ Bullæ *Superna*; Nec idem ipsi Regulares possunt confiteri extra Religionem propriam, nisi ob manifestam necessitatem; quo tempore debent confessarium eligere modo ut supra; proindè confessarius electus, in tali casu, non potest directè ipsum absolvere à casibus reservatis suę

Re-

Religionis, sine suorum Superiorum licentia, etiam tempore Jubilei, nisi in Bulla daretur facultas Regularibus expressè sibi eligendi quemcumque confessarium extra propriam Religionem, ut fuit illa emanata jussu Clementis X. *Inter gravissimas*: num. 29. §. 6. Curati unius Diæcesis, vocati ab alio Parocho alienæ, non possunt in illa, absque licentia Ordinarii, audire confessiones, tàm suorum ovium, quàm alienarum, ut declaravit Sacra Congregatio die 19. Novembris 1707.; Nec Confessores, à Pænitentibus electi, virtute privilegii Bull. Cruciatæ possunt absolvere illos ab

ab incursu, & lapsu in hæresim; & confessarius debet esse approbatus ab Ordinario ipsius confessarii, licèt in Bulla, id non exprimatur, ut declaravit Innocentius XII. die 19. Aprilis 1700. Superiores Regularium non possunt nunc audire confessiones Sacramentales dimediatè.

Amice Lector, nota in praxi, & solve juxta tuum sapientissimum judicium. Hinc Clement. V. de Privileg., & excess. Privileg. c. 1. *Religiosi*: nota verba: *Sanè Religiosis illis, quibus est ab Apostolica Sede concessum, ut familiaribus suis domesticis, aut pauperibus in hospitalibus suis degentibus, Sacramenta possint* ec-

ecclesiastica ministrare : *nullum ex præmissis volumus quoad hoc præjudicium generare*; & totum illud quod dicit Concilium IV. Lateran. can. 21. *Si quis autèm alieno Sacerdoti voluerit juxta de causa, sua confiteri peccata, licentiam priùs postulet, & obtineat à proprio Sacerdote; cum alitèr ille ipse non possit solvere, vel ligare*; ac legge Glossam, in dicta Clementina, signantèr ubi dicit : *An verò includat Religiosos præfectos Ecclesiis Parochialibus, quoad non suos Parochianos dubitatur*. Qui reperitur in loco, à quo brevi recessurus est, non censetur ibi fuisse. Qui incidentèr in aliquo loco reperitur se habet,

ac si ibi non fuisset, & per hoc non habet domicilium in illa Parochia. Familiares, & servitores Religiosorum, & sub eorum obedientia digentes (*ubi juxta regularia instituta vivitur*), ut possint dictis Privilegis gaudere exigunt ista omnia copulative; ut patet legenti Bulla VII. Clem. X. & alia.

RE-

REGULA NONA.

De Mutatione, seù Reformatione Confessarii.

ELabente jàm triennio, nonnulli Confessariorum procurant universis viis confirmari, eo errore ducti, quem supra manifestavimus: Putantes, scilicèt, communem applausum, omniumque benevolentiam se promeruisse, cum reverà in omni ferè Monasterio, etiam rigore observantiæ vigente, sempèr

pèr, nè dicam unam, aùt plures Moniales melè affectæ reperiantur, quo ſuppoſito, confirmatione ſequente, inconſolabiles hujuſmodi fiunt, quia contra ſpem, tàmdiù concupitæ mutationis coguntur, adhùc per triennium duriſſimum ſuſtinere jugum, & inconfidenti confiteri. Nequè dicatur: *Si* ità eſt, quare facta in capitulo propoſitione confirmationis, ſententiam ſuam liberè non aperuère, & nigris calculis propoſitionem non reprobarunt? Reſpondeo enim, hoc eas non feciſſe, vèl quia ſufficienti numero pro excluſionis robore pollere dubitabant, vel quia majores iras Confeſſarii in caſu confirmationis perti-

mescebant; sicut illarum plures in diversis Monasteriis confessæ sunt. Undè plerique Zelantissimi Episcopi sapientèr adjudicarunt, tales confirmationes approbari non debere, tali argumento ratiocinantes: Si Confessarius bonus est, æquum est, ut, elapso triennio, alteri Monasterio concedatur, nè bonum, quod de natura sua diffusiuum, & commune esse debet, unius Monasterii septis concludatur: *Si* verò quibusdam omninò bonus non videtur, æquum est, ut illis mutatione indulgeatur.

Adde, plurima ex hujusmodi confirmationibus mala oriri: Etenim Confirmatus

ni-

nimia fortè utetur libertate, & dispoticitate, validiùs fortè cujusdam consuetudinis vincula constringet; & de facto non raro vidimus, aliquos perdidisse non paucam famam in secunda confirmatione, quam acquisiere in prima: & hoc, quia facilitèr se indebitis amicitiæ nodis illaqueabant.

Debet propterea prudens Confessarius æquo animo finem triennii subire, omni confirmationis desiderio seposito; Et si de confirmatione agi intelligeret, nec ignoraverit quarumdam aversionem, zelo animarum accensus, omnem operam pro confirmatione irritam facere conetur; protestando se absolutè finire velle. RE-

REGULA DECIMA.

De Directione per Epistolas.

QUidam Confessariorum, triennio elapso, & à Monasterio corpore jam absentes, spiritu, & scripto adesse volunt certis Monialibus in particulari, illarum spiritum per Epistolas dirigendo; Præsumentes plenam, atquè immutabilem habere cognitionem conscientiæ illarum, & inalterabilem illarum confidentiam.

Hujusmodi per Epistolas Spiritualis

tualis directio equidèm totalitèr, & universim damnari non potest, utpotè, quæ tàm laudabilitèr exercita fuit à melioribus Magistris Spiritualibus, Sancto Francisco Salesio, Joanni Abulensi, &c. Attamèn verum est, plurima inconvenientia ab illa posse derivare; Multò magìs quoniam nemo præsumere debet perfectionis verticem, ad quem mox laudati Directores Spirituales conscenderunt, attigisse.

Primò: Occulta coscientiæ, volubili cartæ committere, periculosum est, cum ea possit ad alienas manus pervenire..

Secundò: Hujusmodi commercium per Epistolas inter

personas

personas diversi sexus, paritèr malum est, cum de facili fragilem humanitatem capiat occultæ affectionis laqueus; eò quod Epistola, Animæ speculum censeatur.

Tertiò: Confidentia cum Confessario præterito, confidentiam cum præsente impedit è cujus sententia in foro Pænitentiæ necessariò debet Pænitens dependere, cum periculo sinceritatis, integritatisque confessionis.

Quartò: Continua Epistolarum Missio, redditioque, admirationem, curiositatem, dicterias, & suspiciones parit non ordinarias.

Quintò: Diversa diversorum

dire.

directorum directio in diversis principiis, & difformibus sententiis fundata, inter Moniales unionem, pacemque dirimit, scissuras ingerit, & schisma illud affert deterrimum, quo Apostoli, non dùm in gratia confirmati, palàm dicere audebant: *Ego quidèm sum Pauli: Ego autèm Apollo, Ego verò Cephæ.*

Sextò deniquè: Hæc magna temporis jactura est, præsertim in Mulieribus, quæ ut plurimùm, carent fælicitate explicandi sententiam suam, & celeritate conscribendi; Undè quod brevissimis verbis aperirent proprio confessario, non nisi plurium horarum jactura,

scri-

ſcriptione , & reſcriptione ad ipſum directorem abſentem ſignificare poſſent.

Itaquè nùm potiùs malum, quàm bonum ab hac radice profluat, determinare non audeo; Veruntamèn facilè ex hucuſque dictis colligere unuſquiſque poterit; Hoc quidèm non tacebo, quod ſicuti Confeſſarius ordinarius, toto triennii curſu, unico ſpirituali bono Monialium totis viribus debet incumbere, ità elapſo triennio, ſucceſſori ſuo totam ſollicitudinem, & curam debet relinquere, quæmadmodùm plures Confeſſarii reliquerunt; facultatem abeundi his, vèl ſimilibus verbis à Monia-

ſibus poſtulando dicens, in poſterùm excogitate, me mortuum eſſe rebus Animarum veſtrarum, quibus abſolutè debet ſucceſſor meus conſulere.

Iſtæ ſunt Regulæ principales, quas obſervare debet, non tantùm Monialium Confeſſor, ſed etiam quicumque Confeſſarii munus meritoriè apud Deum, & laudabilitèr apud homines, atquè animarum utilitatem exercere, & abſolvere peroptat; Attamèn humilitas neceſſaria eſt, & cohibitio paſſionum, nè contra Legem Spiritus, & Prudentiæ commoveantur. Divus Cyprianus teſtatum nobis reliquit de Monialibus his verbis: *Illuſtrior*

portio Gregis Christi : *Quorum quo sublimior Gloria est*, *major*, *& cura est*. Cura profectò laboriosa nèc proprii genii ductu, neque motivo utilitatis assumenda, sicuti à quibusdam hæc præcisa verba audivi : *Voglio portar questo peso per pochi Mustacciuoli* ? Sèd tantùm ex motivo obedientiæ : Quia hoc modo obedientiæ meritum pro bono sui regimine divinum lumen obtinebit; & munus suum exercendo, cum Deo jugi oratione Mentali, & Spirituali lectione communicet; Inter cætera autèm opera S. Francisci Salesii, præsertim Librum, cujus titulus est : *Il Piloto* : Confessiones Sancti Augustini,

ejusdem soliloquia, & amorem, erga Jesum Christum; Ærarium Vitæ Christianæ, & Religiosæ Patris Ludovici Granatæ; Ærarium perfectionis Joannis Baptistæ Languire; Vitas Sanctarum Virginum Teresiæ, de Avila, Magdalenæ de Pazzis, Claræ de Montefalco, & Catharinæ Genuensis pervolvat; Insupèr Octavarium Sancti Petri de Alcantara, & Opusculum Fontanæ Episcopi Cesenensis, cujus Titulus est: *La Santità, e la Pietà Trionfante*; Quibus utilitèr Sacerdotes, & Confessarii diriguntur; Quarè Monialium Confessarius, quotidiè hujusmodi Librorum lectioni vacet, quibus addere

po-

poteſt Patrem Alphonſum Rodriquez exactè de Votis, & de Virtutibus ſtatus Regularis tractantem; Tandèm excellens opus P. Joannis Petri Pinamontis, cujus Titulus eſt: *Il Direttore*.

Tandèm inceſſantèr recurrat ad Immaculatam sempèr Virginem, à qua conſilium, & lumen in omni ambiguitate, & arduitate ſivè in prudentialibus; ſivè in Moralibus, & Doctrinalibus efflagitet; Nequè illum pudeat conſulere viros Sapientes, Doctos, & Prudentes, quia ſcriptum eſt in Proverbiis Salamonis: *Salus autèm ubi multa conſilia, & aſtutus omnia agit cum conſilio.*

REGULA FINALIS.

De Restitutione in Genere, & in Specie.

ET quia Confessarii Monialium, ordinariè ante sunt Confessarii Secularium, ideò existimavi apponere istam Regulam de restitutione, materia, tàm necessaria, & frequenti in hac tempestate, ut experientia docet; igitùr breviter dicimus, quod: Restitutio est actus Justitiæ, quo reparatur damnum per injuriam alteri da-

datum. Injuria, est læsio juris alieni, in re, quam possidet, vèl ad quam possidendam jus habet. Hinc, si læsio, fit contra solam charitatem, aut aliam virtutem, non est sufficiens fundamentum restitutionis.

Injuria, dicitur materialis, quandò quis bona fide causa fuit damni illati; vocatur verò formalis, quandò mala fide, idest, sciens, vèl scire negligens, alteri damnum intulit.

Quandò injuria fit contra jus alterius mobilis, potest abdicari à Domino; quandò verò fit contra jus alterius immobilis, non potest abdicari. Quòad Jura mobilia, non potest in-

juria fieri volenti; poteſt quò ad immobilia.

Obligatio reſtitutionis oritur ex violatione ſolius Juſtitiæ commutativæ, non diſtributivæ, exeoquià illa ſola reſpicit jus ſtrictum; iſta verò reſpicit jus fundatum in ratione partis alicujus commutativæ, quod non eſt ſtrictum.

Radices generales, reſtitutionis, duæ aſſignantur; nempè, injuſta acceptio, ſeu damnificatio, & res accepta, ideſt res ex juſtitia Domino ſuo reſtituenda. Ambæ concurrunt in fure detinente rem furtivam; ſeparantur in eo, qui rem furtivam emit bona fide, eamque neſciens eſſe fur-

furtivam, detinet absque ulla damnificatione activa ex parte sua Domino illata. Non debet fieri restitutio de re furto ablata, est hæresis inventa à Græcis; Arsdekin. pars 2. dogmat. lit. R. pag. 216.

Prò injuria transeunte, idest non damnificante, nulla debetur restitutio, sèd tantùm aliqua satisfactio.

His prænotatis dicimus, quod qui rem furtivam emit bona fide, tenetur tantùm ad fructus extantes, & quatenus ex iis factus est ditior; Qui verò mala fide, tenetur restituere rem, aut ejus æstimationem, quomodocumque perierit: omnes fructos ex ea perceptos, &

om-

omnia damna indè secuta compensare. Possessor bonæ fidei, quando advertit, rem non esse suam, tenetur Domino comparenti eam statim restituere; nèc potest prætium à se datum prò ea exigere, nisi datum sit animo rem restituendi Domino suo, cujus negotium utilitèr gesserit. Si bona fide rem consumpserit, aùt alienaverit, ad nihil tenetur, nisi quatenùs ex ea factus est ditior. Si vendiderit, tenetur, Domino comparente, contractu venditionis rescisso, emptori prætium restituere; ei enim tenetur venditor de evictione, non tamèn rei Dominus, si res vendita reperiri

non

non possit; nisi quatenùs ex ea factus est ditior, quia Dominus rei, non est Dominus prætii. Tenetur fructus naturales, & mixtos, idest partim à re, & partim ab industria habitos, & fructus civiles restituere, subductis expensis; quia res quælibet Domino suo frustificat, non tamèn, fructus merè industriales. Rem alienam titulo gratuito à fure acceptam, tenetur, per se loquendo, Domino restituere, nisi certus sit fore, ut furi justam ob caussam reddita, Domino restituatur: quia in hoc casu Dominus non potest esse rationabilitèr invitus.

Poteſt emptor bonæ Fidei, ad recuperandum ſuum prætium, rem furi redderè, licèt ſit moralitèr certus cum Domino perituram: Quia ſecluſo contractu, aùt delicto, nemo tenetur rem alienam cum proprio ſuo damno apud ſe conſervare, ut reſtituatur ſuo Domino, quia ad id nullum habet jus.

Emptor tamen malæ Fidei, ratione injuſtæ acceptionis, tenetur rem Domino reſtituere, & ad ejus valorem ſi perierit, etiam fortuitò, & abſquè ejus culpa; idque, & ſi apud Dominum per injuriam alicujus tertij erat peritura: Quià hanc præveniendo, ipſius obligatio-

nem

nem in se suscipit. Si tamèn res casu perierit apud iniquum possessorem, eodem modo absquè ullius injustitia apud Dominum peritura, probabilius est ad nihil obligari in foro interno. Communitèr tamèn dicitur quod imponenda sit ei restitutio in foro externo, in pœnam criminis. Ità Navarrus, Lessius contra Paludanum.

Fur ad nihil obligatur probabilitèr, qui sciens, & volens rem alienam consumare eo loco, & tempore, quo aliàs citra injustitiam erat certò peritura: Secus si fur illam transtulerit in locum ubi erat servanda. Ità Vasquez, Amicus, & alij.

Res, quæ apud iniquum pos-

ſeſſorem meliorata eſt, aut fructificavit, cum omni melioratione ſua reſtituenda eſt, & cum omnibus fructibus non ſolùm perceptis, sèd etiam percipiendis Domino, ſi rem ſuam habuiſſet, ut diximus.

Pro debitorum ſolutione ſervandus eſt ordo iuris potioris. Hinc 1. *Si* res extat in ſpecie reddenda eſt Domino. 2. Debita Titulo oneroſo, præferuntur, debitis Titulo gratuito. 3. Debita certi creditoris, præferuntur debitis creditoris incerti.

Non ſolùm ille, qui proximè damnificat, ad reſtitutionem obligatur, sèd etiam illi qui ad damnum alteri inferendum cooperantur. De his, ut Confeſſa-

fessarius promptè possit judicare, sequenti versu aptè comprehenduntur.

Jussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

Jubentes, vel mandantes expresse, sivè tacitè, tenentur ad restitutionem; At contra, qui absque ullo mandato ratum habet furtum, vel ante esecutionem mandatum suum revocavit, si id mandatario tempestivè innotuit.

Consulens ad nihil tenetur, nisi dolosè ignorantem suadendo circumvenerit, juxta Regulam juris 62. in 6. Nullus ex consilio, nisi fraudulentum

sit,

ſit, obligatur, ſicut is, qui ante rei eſecutionem, conſilium ſuum revocavit, & conatus fuit impedire, uti videre eſt apud Bonacinam, & alios; quamplures, qui contrarium tenent; præſertim, quandò eum, qui damnum parabat, non monuit.

Conſenſiens, fautor, acceptor, ſivè recurſum præbens, ſi cooperando efficax cauſa damni extiterit, illud prò ſua parte reſarcire tenetur.

Palpo, ſi efficacitèr ad damnum cooperator eſt, nempè; laudando, adulando, &c.

Participans: Excuſantur tamèn illi, ſi verò metu pravioris

vioris mali adducti, ponant isti-ujusmodi causam ex se indifferentem.

Silens, non obstans, non manifestans: tenentur ad restitutionem, quandò ratione pacti, aut officii ex justitia damnum impedire debent, & non impediunt; ideò Confessarii solùm peccant si ex negligentia, vèl ignorantia, omiserunt monère Pœnitentem de restitutione facienda; nisi tamèn ex malitia restitutionem positivè dissuaderent, ita Bonacina, Lessius, Layman, contra Navarrum, & alios.

Qui cum mutuo consensu concurrunt ad damnum, singuli tenentur in solidum, in defe-

ctum alterius totum damnum resarcire; At contra si scorsim, tantum tenentur ad damnum quod per se intulerunt. Si aliquid superveniat casualitèr: Iste si advertit, & habet animum restituendi non peccat mortalitèr, supposita materiæ insufficientia, ut suo loco dicimus; sèd tenetur sub mortali restituere; At contra si non habet animum restituendi peccat mortalitèr. Felix, Vasquez, Molina, Fillucius.

Quandò actio non fuit lucrativa, tunc primò obnoxius est restitutioni, qui fuit causa primaria damni, quod si illi non velint, vèl non possint restituere, tenentur reliqui cooperantes, Caietanus, Layman,

Bo-

Bonacina, & Navarrus.

Quilibet habet jus, nè per media illicita à sua spe, aùt petitione justa deijciatur, ideò impediens ab aliqua re obtinenda, quæ non erat illi debita ex justitia, absque vi, vèl fraude, non tenetur ad restitutionem, quamvìs si ex odio fecerit, gravitèr peccaverit; At contra si fecerit per vim, fraudem, calumniam, mendacium, tenetur compensare damnum, secundum judicium boni viri, Lessius, Bonacina Molina.

Quandò bona restituenda, aut debita, sunt incerti Domini, vèl ad eum non potest accedi, si ea teneas absque de

licto, probabile est, quod possis ea tibi retinere; at contra si ea tenes ex delicto, teneris absolutè illa in Pauperes, aut alia opera pia erogare, ut cum nequeat corpori, saltem animæ veri Domini sit proficua. Layman.

Probabile est, eum qui in extrema necessitate consumpsit rem aliquam, etiam ante extremam necessitatem furatam, non teneri posteà restituere, & si possit ea compensare; quia furtum non ademit illi jus quod quivis habeat ad consumendam rem alienam in extrema necessitate. Palaus, Diana, contra Vasquez, Lessium, &c.

Si læsus, interfectori omnia remisit

remisit ante obitum, ille hære-dibus ad nihil tenebitur: Quia jus, quod hi, tantum ratione occisi, acquisierunt, jàm remissum est; sicut nihil tenetur restituere qui fuit provocatus ad pugnam; idem die de eo, qui injustum invasorem occidit: Bona Ordinis Superioris ut vita, fama, &c. quæ pecunia æstimari nequeunt, nihil in rigore restituendum exigunt, sed veniam tantùm; At prò læsione famæ, æqualis fama restituenda est, & omnia damna secuta per ipsam læsionem; quando ea reddi non potest, non tenemur per pecuniam, aut alia bona inferioris ordinis compensare; & idem est de aliis bonis spi-

ritualibus. Poteſt tamèn per ſententiam Judicis ad talem reſtitutionem adſtringi. Licitum eſt, cum moderamine inculpatæ tutelæ famam ſuam defendere. Ad hanc præcisè defenſionem licitum eſt ubiquè alterius defectum occultum propalare, alienas litteras aperire, docet Peyrinus, Diana.

Qui in vita poteſt, & non vult reſtituere niſi in articulo mortis, aut poſt mortem per hæredes, abſolvi non poteſt, quià habet actualem voluntatem perſeverandi in ſtatu peccati, Bonacina, Salas, Layman.

Excuſatur ex parte Creditoris

ris debitor à restitutione, si creditor ostendit saltem simpliciter, & liberè, obligationem illam remittere; si solutio æquivalens præstita sit alteri, cui creditor erat obligatus; si facta est compensatio æquivalentis. Omitti potest restitutio, quamdiù constat, quod creditor pecunia restituenda abusurus ad peccatum, nisi ex omissione illa grave malum timeatur.

Ex parte Debitoris, excusatur in foro Conscientiæ à compensatione damni, qui illud intulit sine gravi culpa Theologica, idest sine culpa mortali, nisi aliud statutum sit, vel indè factus fuerit ditior. In

foro autèm externo tantùm habetur ratio culpæ juridicæ, quæ dividitur in latam, levem, & levissimam, nequè requirit offensam mortalem, ut cogat ad restitutionem; si est impotens servata status sui justa decentia, nisi tamèn illi sua culpa status sui amissionem devenerit, vèl creditor ex dilatione solutionis æquale damnum subire cogatur; si absque periculo animæ suæ, vèl suorum, vitæ, aut notabili jactura suæ famæ, & si restituendo debeat creditor subire damnum notabilitèr gravius, quàm sit ipsum debitum, etiam si fuisset contractum ex delicto. Bonac. Layman. &c.

Quando

Quandò rem teneris restituere pauperibus, potes tibi applicare, si secundum statum tuum sis pauper. Excusat juxta leges cessio bonorum à restitutione debitorum, etiam in foro interno, retentis tantùm artis suæ instrumentis, & rebus ad sustentationem necessariis. Si tamèn posteà redeat ad pinguiorem fortunam, ad restitutionem obligatur. Navarrus, Lessio, Bonacina.

Excusaris à restitutione famæ, si ab eo, quem infamasti, pari modo sis infamatus; si ejus fama alitèr sit recuperata; si infamia jam abiit in oblinionem; si crimen occultum, quod propalasti, postea alia via factum

sit

ſit publicum, aut ſi illius, cujus crimen aperiuſti, alia ejuſmodi crimina ſint ſatis publica; tunc enim illius fama parum, aut nihil cenſetur imminuta.

Quandò debitum non eſt certum, sèd probabile tantùm, & opinio inter Creditorem, & Debitorem fuerit probabilis, licitum eſt cnmpenſatione in medietate. Moya.

Judex, qui condemnat reum ex privata ſcientia, vèl ex cognitione per injuriam exorta, nempè, ſi per ſe ipſum criminis inquiſitionem incipiat, nulla præcedente infamia, aut denunciatione juridica, ſi tormentis, metu propinquo tormentis Confeſſionem elicuit,

cuit, cum non adessent inditia idonea ad torquendum; si dolo induxit ad confitendum, tenetur ad restitutionem, sivè hæredibus, sivè aliis, quibus per hoc damnum intulit; At contra, si Judici suppetebant aliæ rationes, ex quibus reum juridicè damnare poterat.

Advocatus tenetur ad restitutionem, & resarcire omnia damna, quando ex ipsius negligentia, aut imperitia, cliens iustam causam amisit; quandò verò defendit causam, quam ipse advertit esse iniustam; si Cliens monitus de causæ iniustitia, nolit à lite desistere, tenetur adhùc Advocatus causæ prosecutionem deserere; nequè

tunc

tunc licet illi inducere partem ad transactionem; At contra, nulli facit injuriam defendendo causam minus probabilem, excoquià sæpè id quod apparet minus probabile, à parte rei verius est. Navarrus, Lessius.

Si quis ex certa scientia, vèl ex crassa ignorantia protulit falsum testimonium, & per hoc alter injustè damnum substinuit, tenetur ad totius damni restitutionem, nisi fuit per alios testes convinctus, & suum testimonium nihil effecit. Qui falsum testimonium dixit, ratione cujus, mors, vèl mutilatio inferenda est, tenetur sua dicta revocare, si id proficuum

ficuum erit, quamvis ipsi periculum similis pænæ immineret; At contra, si falsum testificatus est ex ignorantia, vèl inadvertentia non damnabili, vèl ex oblivione saltìm non mortifera, ratione cujus contingit prædictum damnum: Lessius, Navarrus, Cajetanus.

Testes non tenentur testificare, quandò indè grave damnum illis immineret, nisi in casu, quo ratio boni publici id postularet; & si nullum damni periculum immineret, tenentur ex justitia testimonium proferre, nec possunt aliquid accipere, nisi expensas ab ipsis impensas.

Non

Non excusatur à mortali peccato, qui pluribus minimis furtis surripit cum animo furandi plura si afferant, etiam si in dictis pluribus furtulis non habuerit animum deveniendi ad quantitatem notabilem, & non est immemor antecedentium furtorum, tam uni, quam pluribus personis factis. Ad furtum mortale in repetitis vicibus requiritur quædam moralis continuatio temporis, non obstante, quod multi, multa dicunt, at Tamburinus, in hoc, & similibus casibus rectè advertit; meliorem regulam desumendam esse à prudentia Confessarii considerantis damnum proximi, aùt commu-

mu-

munitatis , ejusque involuntarium .

Quantitas quæ sit peccatum mortale , non eodem modo elucidatur à Theologis , quia apud Sacros Canones non reperitur determinata, ideò omnes reflectunt qualitatem personæ , cui res aufertur , nempè : Si valdè divitibus quis furetur unum aureum , quod importat valorem tredecim Juliorum cum dimidio , erit in furto quantitas , quæ est peccatum mortale ; Si mediocritèr divitibus quis medium aureum auferat, erit sufficiens prò furto lethali . Si negativè divitibus quatuor auferantur Julii , est peccatum mortale ; Si

tandèm

tandèm personæ positivè inopi quis duos furatur Julios, erunt quantitatis notabilis, & mortalis; Nèc valet si dicas, quod ratione alicujus circumstantiæ, & quasi per accidens possit quis contra supradictas regulas mortalitèr peccare, ut si acum à Sartore, qui alium non habet, quo possit in dies sibi victum acquirere, accipiat, quia acus est materia modica in ratione furti, & furtum acus non est propriè furtum, sed solùm in specie injustæ damnificationis est grave peccatum, & ideò si excommunicatio, aut reservatio feratur, fur acus non incurret, quia furtum leve foret, ex dicto Tamburino. Quan-

Quantitas dimidio major ad furtum mortale requiritur, quandò quis repetitis vicibus modica sempèr furatur ab eodem, àc si simul, & unica vice furetur, ex Cemorino.

Quandò verò quis furatur multis, & modica singulis, major etiam arbitrio prudentum, requiritur quantitas, ut furtum sit lætale, & obliget sub gravi ad restitutionem, quàm requiritur, quandò quis per repetitas vices sempèr modica furatur eidem. Tenetur tamèn sub mortali ad restitutionem, non totius quantitatis ablatæ, sèd illius, quæ complevit quantitatem notabilem; reliqua ve-

rò quæ remanet cum remaneat materia levis, ſicut antea, remanet ſub onere reſtitutionis, solùm ſub veniali ſicut antea, ex Sanchez, Rubello, Felic., & aliis.

Si quis ludendo lucretur pecuniam, quam quis furatus erat, non poteſt eam retinere, niſi fur eam cum ſua pecunia confudiſſet, vel cum altera permutaſſet, Bonac.

Pro pleniori notitia, & commodo, hic opportunè ſubiicio Propoſitiones prohibitas ad hanc materiam pertinentes.

Quandò Litigantes habent prò ſe opiniones æquè probabiles, poteſt Judex pecuniam accipere pro ferenda ſententia

in

in favorem unius præ alio : *Alex. 7. num. 26.*

Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, àc etiam Judicem, à quo iniqua certò imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare. Idem numero 18.

Quòad forum conscientiæ, Reo correcto, ejusque contumacia cessante, cessant censuræ. Idem 44.

Probabilitèr existimo, Judicem posse judicare juxta opinionem etiam minùs probabilem. Innocent. XI. numero 2.

Quidni non nisi veniale sit detrahentis auctoritatem ma-

gnam sibi noxiam, falso crimine elidere. Idem numero 43.

Non tenetur quis sub pæna peccati mortalis restituere, quod ablatum est per pauca Furta, quantùmcumque sit magna summa totalis. Idem num. 38.

Claudo prædictas Regulas, dicendo ad prudentem Confessarium, quod Beneficiari tenentur sub præcepto, & sub pæna peccati mortalis, & ad restitutionem facere eelemosynam, de fructibus superfluis suorum Beneficiorum, detractis suorum honestis sustentationibus, proportione servata inter illos, ut dicit *Gloss. in*

cap.

cap. Cum adeo: 11. *de Reſcrip.* non ſolùm in extrema, & gravi neceſſitate pauperum, ſed etiam in communi, nèc ſibi retinere aliquid poſſe, aut dare parentibus, niſi pauperes ſint, dummodo non diteſcant. Paupertas verò ſpectanda eſt in genere, non in ſpecie, habito reſpectu ad conditiones, & ſtatus perſonarum, ut tenet Baldus, & Barboſa, & niſi totùm hoc faciunt ex bonis parſimonialibus, vèl ex bonis quaſi patrimonialibus, ideò non poſſint illos peculios expendere in uſos profanos, ut faciunt multi in alendis equis ſuperfluis, vèl ſumptuoſis emendis quatrigis, aùt præ-
tioſis

tiosis aulis comparandis , àc superfluis famulis tenendis , scribente Bernardo , postquam fuit facta erectio Præbendarum, & Beneficiorum sic : *Clamant nudi , clamant famelici , & dicunt : dicite Episcopi . . . . . Nobis frigore , & fame laborantibus , quid conferunt tot mutatoria , vèl extensa in perticis , vèl plicata in manicis ? Nostrum est , quod effunditis . Nobis crudelitèr subtrahitur , quod inanitèr expenditis . Nostris necessitatibus detrahitur , quod accedit vanitatibus vestris* ; & scribendo , in hoc proposito ad Fulconem , dicit : *Quod uni dico , omnibus dico* : Hoc dictum est amarum præ-
dictis

dictis, sèd est verum, & attendendum, ab illis qui volunt salvare animas suas. Si plùs cupis videre, non te pigeat legere Veruc: nostrum, Ginectum, & Clericatum, tom. 2. de *Sacram*: Pœnit. decis. x., idem Erotem: Eccles: cap. 54. de Obligat. Diœces. quæres 8., ubi cumulare videtur non paucos Doctores, *Sanctos* antiquos Scholasticos, Canones, & Jurisperitos, *Sanctos* Patres, & Concilia, & solvit rationes incontrarium adductas ab aliis.

Vive, præcor, sèd vive Deo, nàm vivere mundo,
Mortis opus; vita est vivere vita Deo.

F I N I S.

INDEX
OPERIS.

ERRATA CORRIGE

Primus Numerus Paginam, Secundus verò lineam denotat

6.	17.	ſuſcipionem	ſuſpicionem
21.	18.	iracuundus	iracundus
33.		Monialibus	
36.	7.	Faccinus	Taccinus
48.	1.	Octavò, & ultimò	Ultimo
59.	2.	mortificarionem	mortificationem
76.	9.	ultu	uultu
95.	19.	non æquo	æquo
106.	18.	Abatiſſa	Abbatiſſa
111.	12.	Abatiſſa	Abbatiſſa
108.	3.	ſcurabor	ſcrutabor
129.	1.	iuridicem	iuridicè
143.	7.	cujns	cujus
160.	1.	iuat	juvat
194.	2.	ſcorſim	ſeorſim

Si ſunt alii errores erit veniæ Locus.



